

A

* Mollities.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Mollities, Græcè μαλακία, & μαλακός, mollis. Est autem molle, quod cedit in seipsum secundum superficiem, non e contra circumstantiis, secundum Aristot. lib. 4. Meteor.

Mollities opponitur Perseverantia. Est enim mollis, qui recedit à bono propter tristitias causatas ex defectu electionum, quasi cedens debili moventi, secundum Aristot. lib. 7. Ethic.

Mollities est etiam contra castitatem, quæ alio nomine dicitur immunditia, seu voluntaria pollutio, 1. Corinth. 6. De qua paulo post.

Molle junctum cum homine, modò laudem significat, modò vituperationem. Laudem, ut molle ingenium, quod facile dicitur, facileque insculpitur. Vituperationem, ut mollis homo, id est effeminatus, non feruus, non fortis, non animi constantis, resistensque fortunæ. Per metaphoram autem, quoniam ea quæ tenera sunt, pro voluntate nostra facile tractamus, & quocunque libet ducimus, mollem aliquando pro domino nominus. Virgil.

Belgica vel molli melius foret effusa collo. Vel pro facili, pro maturo, pro opportuno, ac tempestivo, pro semisso, & conueniente, pro placido.

DE MOLLITIE IN GENERALI APOPHTHEGMATA.

Bion ciuim obliuiscens, quod adolecentem quendam ad se non pellexisset. Tenellus, inquit, casus non attrahitur hamo, significans, pueros delicatos non esse ad philosophiam accommodos. Laert. lib. 4. cap. 7.

Zeno, cum mollis adolefens lutosam viam lenè, segnitèrque transiret: Merito, inquit, suspectum habet lutum, non enim illo, veluti in speculo licet se intueri. Laert.

Plato discipulo nimium effeminato, molli, curandæque cuti deditissimo subridens, quouique, ait, tibi carcerem adificare perges? Stob.

Idem videns adolecentem quempiam sese ornantem molli. Si ad viros, inquit, frustra: si ad feminas, iniuste. Laert. lib. 6.

Diogenes Cynico cum à comptiore adolecente, ac molli proposito esset questio, ut ejus nodum solueret: Non tibi prius respondendum esse puto, inquit Diogenes, quam sublati vestibus ostenderis, utrum vir sis, an femina. Notavit autem ex cultu virili hominis mollitiem. Ibid.

Idem, Cum adolecentuli circumstantes Diogenem acclamassent Canis, canis, ac mox terribi fugere coepissent, rogati cur fugerent, dixerunt, ne mordeas nos canis: Bono, inquit Diogenes, animo sitis, filioli, canis edit betas. Reddè illis exprobrans molliem. Ibid.

Speusippus cum vehiculo ferretur in Academiam, obuium habuit Diogenem cui cum Salve dixisset: At tu, inquit, nequam salve, quia ejusmodi cum sis, non diu vivere cupis. Notavit autem molliem hominis, quæ plerumque multorum morborum causa est, ut labor, & exercitio fanitatis. Ibid.

Arcebius diuitem quendam immodicè mollem, ac delicatum, capillitio arte composito, oculis volubilibus, ac lubricis, cum is alioqui castus, & integer haberetur, ita perfrinxit.

Quid refert, inquit, aduersi, an aversei cinadi sitis? Sensit autem mentis integritati corporis etiam habitum, & cultum oportere congruere. Laert. lib. 4.

Sybaritas quidam iter faciens per agros, cum videret quosdam fodientes dixit, speculando illos fodientes rupturam capere. Ad hanc vocem audiam quidam ita respondit: At mihi te audienti letus dolet. Tanta erat Sybaritarum mollities: ut nihil officium in civitate admittent, quod cum strepitu exerceretur, quod genus sunt fabrorum ferratorum, & lignariorum. Atque adeo ne gallum quidem gallinæcum in civitate fac erat alere, ne quid esset, quod ille somnum interrumpere. Jocus utam in hoc erat, quod agricola probabilis dixit, sibi ex tam sultia voce dolere latera, quam Sybarita dixerat, se ex fessorum lignone sentire rupturam. Latera dolent loquenti, non audienti, & rupturam patitur graviter laborans non speculator. Athenæus lib. 12.

Nicagoras Messanus, cum in Ægyptum venales equos, opimusque adduxisset, factus obuiam Cleomeni Lacedæmonio, ante sibi cognito, salute data interrogavit: cur in Ægy-

ptum profectus esset? Cum ille equos optimos, belloque idoneos se adduxisset, responderet: subridens Cleomenes, mallem (inquit) mimos, & cinados adduxisses. Notavit autem eo dicitur Ptolemaum, qui mollis, & effeminatus inter mulieres vivebat. Plut.

Recitant quod scripsit Pindarus, Græcis fulemmentum esse Athenas, Lacon dixit: ruituram Græciam si tali fultura nitetur. Taxavit Atheniensium molliem, quæ Poetae clogio non responderet: aut certe Poetae vanitatem, qui tali præconio celebrasset indignos. Plut. in Lacon.

Proconul Cincum quendam, à quo publicè erat profectus ob molliem, ad supplicium abripi jusse. Hinc deprecator erat Demonax, dicens, homini ignoscendum esse ob se, & vitium. At cum proconul non denegaret veniam, rogaret tamen, quo afficiendus sit supplicio, si in eodem peccato porro deprehenderetur? Demonax hominem totum inungi, ac forteipe velli oportere, pronuntiabat. Notans libertatem castigandi in Cynico, & molliem accusari, unguentis enim semper delectabatur. Eras. lib. 8. Apoph.

* MOLLITIE Quæ, & POLLUTIO.

Ut est species Peccati contra naturam.

QUID SIT?

Vocat Theologi molliem peccatum, quod pollutione committitur. Est autem pollutio voluntaria feminis emissio, absque copula. Fitque tribus modis, quædam in somnis quædam in vigilia, absque tamen consensu polluti, ut in his, qui patiuntur fluxum feminis: quædam in vigilia cum consensu, & dicitur voluntaria.

Prior quamvis non sit peccatum defectu voluntarii, potest tamen esse peccatum in causa, & affectu, ut loquuntur Theologi, nempe in desiderio ob carnalem delectationem: item in causa, puta usu ciborum hoc animo luptuorum: corporis fitu, & motione hoc sine facta. Denique in complacentia, & delectatione, postquam ea facta est.

Secunda enim peccati rationem non habet, nisi forte in complacentia postquam facta fuerit: vel non removendo illius causam, quam quis cognoscit, ac potest, & tenetur evetere.

Tertia, quæ fit homine consentiente, & volente ipsam, semper est peccatum mortale, quocumque tandem sine procuretur: ut tenet communis opinio, quamvis non defuerit, qui ob sanitatem fieri absque gravi peccato posse docuerit. Adscribit hæc sententia Thomas Sanchez in Tract. de Matrimonio, in prima illius editione: at in posterioribus videtur Auctor, aut alius ejus nomine, sententiam suam hic retractasse, & communem aliorum amplexus esse.

GRAVITAS, ET POENA.

Peccati hujus gravitatem Apost. insinuat, ubi dicit, Molles regnum Dei non possituros, 1. Corinth. 6. est enim contra naturam generationis, & matrimonii.

Dicit autem Card. Tolet. in Summa Instruct. Sacr. 1. c. 13. n. 10. hoc peccatum esse difficillime caritatis, cum occasio sit in homine: atque adeo universale, ut credat maximam hominum partem ob illud damnari.

Joannes Benediclus in Summa Casuum ex Conrado Clivio tradit, cum, qui tot annos, quos Christus vixit, id est xxxiii. in hoc peccato vixerit, incorrigibile esse, & desperat salutis, nisi rara, & extraordinaria Dei gratia subveniat. Unde fuit dicitur, qui huic vitio dediti sunt, ut statim ab eo per penitentiam resurgant, antequam habitum contrahant, ad quem natura de se est propensissima.

Her. & Onan in Lege nature, filii Judæ, à Deo occisi sunt per Ammodum libidinis spiritum, propter peccatum molliæ, & retradus uterque enim in concubitu se retraxit ab uxore, sic ut semen effunderet extra vas naturale, quod quidem prior faciebat ex imperantia libidinis, ne posteria, & prolium educatio intertundimem uxoris suæ immineret: alter vero ex invidia, ne filios fratris suscitaret. Ideo autem occidisse eos dominum Scriptura commemorat, eo quod rem detestabilem fecissent. Gen. cap. 28. vers. 7, 10.

Vidit Christiana Mirabilis in spiritu, mundum hunc peccato pollutionis plenum, & obrutum, ideoque Deum toti mundo gravissimas tentare plagas, quas ut evetret, ipse se minis modis excruciat. Cornel. à Lapide Comment. in cap. 38. Genes.

REMEDIUM.

REMEDIUM.

A

CARD. TOLETUS loco allegato, præsentaneum remedium censet huic tam enormi peccato. Confessionem frequentem, per quam inquit, nisi quæ præsidium sentiat, absque remedio emendationis permanere cogitur, cum nullum sit priore illo efficacius. Addunt alii parimoniam in cibo, & potu: ac conversationis cum personis iis quarum imaginatio cogitationis, & mentem movet, fugam, ut ita velut illius fomes tollatur, & causa.

Pleraque in Titulo de intemperantia, Libidine, Pollutione.

Monachus. Monastice.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VITÆ monastica professores, sive cultores, Græci quinque diversis nominibus sunt soliti appellare, vocant enim Monachos, Supererulas, asceticos, iustitias, quædamque Monachum, cultorem Dei, vel animæ suæ, coque nomine utitur etiam, Philo, & Dion. n. 6. Hierarch. Eccles. pugilem, seu exercitorem, quæ voce Basilus utitur, & sermones suos de rebus monasticis appellat asceticos, totumque studium monachorum esse debere palæstra virtutum. Supplicem, à præcipuo munere eorum, videlicet oratione, Philosophum denique, ita cum appellat Christofomus, & Nilus, qui rationem dat, eo quod illos deceat contemnere res temporales, & sapienter totos se dedere. Supererulas, Latini retinuerunt nomen Monachi, tanquam commune Eremitis, & Cenobitis.

Hujus autem nominis verissimam explicationem apud Gratianum, & Dionysium reperire est.

Scribit enim Cassianus collat. 18. Abbatibus Pyamoni, cap. 5. inter Monachos dictos, quod à conjugis abstinere, & à parentum se consorcio, ac mundi hujus conversatione secernerent: ut nimirum soli Deo per contemplationem inhaerent. Quod idem tradit Dionysius, c. 6. Ecclesiastica Hierar. ubi dicitur Monachos appellari, quod rebus divisibilibus relictis, Monachi, id est, Divinitati soli placere contenderent.

C

* QUI PROPRIE HOC NOMINE CENSENDI.

Sequitur ex dictis, propriè Monachos non esse, nisi eos Religiosos, qui soli vitæ contemplativæ dant operam, quales sunt Cassinenses, Cistercienses, Carthusiani, Camaldulenses, atque alii id genus. Quod intelligentes S. Thomas, S. Bonaventura, & alii Doctores posteriores non vocant Monachos, Dominicanos, & Franciscanos, & similes, qui non soli contemplationi insistant, sed in actione versantur, juvantes Episcopos, & Clericos in concionibus, & Sacramentis sed Regulares, vel Religiosos appellant. Regulares quidem, quod certæ regulæ vivendi addicti sint, quo nomine passim utuntur Concilia. Religiosos autem, quod se totos Deo obsequio mancipaverint, ut rectè explicat B. Thomas 2. 2. quæst. 186. art. 1. Religio enim est virtus, quæ Deo debitum cultum exhibemus: quare sicut omnes boni Christiani dici possunt Religiosi, si Deo servant, ut eorum vocatio requirit, ita illi per antonomasiam dicuntur Religiosi, qui nulli rei servant, nisi Deo, & licet hoc nomen videatur novum, tamen reverè est omnium antiquissimum, & respondet enim propriè illi Græco Supererula, quo Dionysius, & Philonem usus fuisse docuimus. Hæc de nomine.

* APOPHTHEGMATA DE MORIBUS, ET CONVERSATIONE Monachorum.

Quod olim à sanctis illis Eremitis cultoribus Monachorum nomen derivatum fereit magnus ille solitudinis amator Antonius, commissis sibi fratribus dicere solebat: Quod piscis in arido, hoc Monachus in oppido; proprium Monachorum (si tales re, ut nomine sint) domicilium locumque, claustrum, ac solitudinem reputans. Nicephorus lib. 8. c. 4. Hist. Eccles. Hinc Hugo de Claustro anime, lib. 3. Si Monachus es, quid facis in turba: si amas silentium: cur declamantibus interesse delectaris? similiter Hieronym. super Psal. Si vis esse, quod dicitur Monachus, id est, solus, quid facis in urbis, quæ non sunt solorum habitacula, sed multorum?

Neque minus nobile Hugonis Antistitis Lincolnien. dictum. Inita pace inter Francicæ, & Angliæ Reges, domum Ar-

veriam Carthusiani insiliti venit. Rogatus autem de pacis conciliatæ conditionibus, Respondit: Rumores audire, & E referre, etiam Episcopis licet, Monachis tamen non licet. Dicitur non solum hauriendum auribus, sed verè etiam insculpendum, inscribendumque eorum animis. Ex Surio tom. 6. in Vita Laur. Beyerlinch. in Apoph. Christianis. Equè laudabile illud Laurentii Patriarchæ: qui, Tribus Monacho est opus, ajebat, desiderio: moderatione, & gratia; ubi enim horum aliquid deest, ibi perseverantia esse non potest. Sur. tom. 1. in vita.

Dicebat Elias Abbas: diebus Patrum nostrorum tres istæ virtutes in amore, & studio apud monachos erant: Nuditatis rerum omnium, Mansuetudo, & Continentia. Nunc autem Avaritia, Gula, & Intemperantia.

Quid facit monachus in cellis seminarum? quid sibi volunt privata, & sola colloquia, & arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatentiam non habet. S. Hieronymus ad Heliodorum.

Ita inquit Macarius, debere monachum jejuniis operam dare, ut centum annis in corpore commoraturum: ita motus animi refrenare, & injuriarum oblivisci, justitiasque respicere, dolores quoque, ac detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturum. Joann. Cass. lib. 5.

Hæc apud Ægyptum est ab antiquis Patribus sancita sententia: operantem monachum demone uno pulsari: otiosum verò innumeris spiritibus vastari. Ibid.

Monachi sibi claustra faciunt, quibus homo exterior teneri possit, se utinam claustra facerent, quibus homo interior ordinatè teneretur. Hugo de Claustro anime, lib. 1.

Idiori censura est: Summam monachi virtutem esse humilitatem, lib. 1. de Summo bono. Sed dolendum, vel maxime, quod tam pauci eam studeant habere.

Monachos ex variis domunculis in unam congregare cupiens Publius, sic allocutus est: Quomodo in plateis civitatis alius quidem vendit panes, alius olera, alius habet vestes venales, alius calcæos: à se autem invicem, id quo opus habent comparantes, vitam agunt jucundioris, la nos oportet, invicem permutare virtutis partes pretiosissimas. Hic enim illius imitabitur mansuetudinem; ille verò mansuetudinem hujus zelo temperabit, alius communicans vigiliis accipiet jejuniis disciplinam, sic à nobis invicem, id quod deest sumentes, perfectissimam efficiemus virtutem. Theod. Hist. 8. Patrum.

Rusticum monachum instruens S. Hieronymus ita scribit: Tu si monachus esse vis, non videri, habeto curam, non rei familiaris, cui renuntiando hoc esse coepisti, sed animæ tuæ. Monachus non loquendo, & discurrendo, sed tacendo, & sedendo quisque noverit, monachus non doctoris, sed plangentis habet officium: qui vel te mundum luceat, & Domini pavidus præstoletur adventum. Flos quidem, & pretiosus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, monachorum, & virginum chorus est. S. Hieron. ad Rusticum.

ATHANASIUS Abbas Fratribus suis dicere solebat: Patres nostri continentiam, & paupertatem, ac nuditatem rerum omnium usque ad mortem servaverunt: nos autem veteres nostros, & crumenas nostras dilatavimus. Joan. Moschus in Prato spirituali, cap. 139.

ALEXANDER Abbas, Senex factus, junioribus dicebat: Patres nostri deserta, & tribulationes persequebantur: nos autem civitates, & requiem sequimur. Sub Patribus nostris virtutes istæ vigeabant, nuditas, & humilitas in nobis avaritia, & superbia regnat. Patres nostri nunquam facies suas lavabant: nos autem lavacia publica, balneaque frequentamus. Conversationem verè Anglicam destruximus. Corpore robustissimus, sed anima nostra est imbecilla. Multum comedere, multum bibere, & sumptuosè vestiri possumus, abstinere autem, & humiliari non valeamus. Subiciebat deinde: Væ tibi, Alexander: quanta erit confusio tua, quando cæteri coronabuntur? Joan. Moschus, in Prato spirit. cap. 168.

GUDO primogenitus fratrum in familia Bernardi Clarevalensis Abbatis, videns Nivardum fratrem suum minimum puerum cum aliis pueris in platea: Eja (inquit) frater Nivarde, te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer non puellier motus respondit: Vobis ergo oculum mihi terra; Non ex æquo diviso hæc facta est. Quo dicto abeuntibus illis, tunc quidem domi cum patre remansit: sed modico post evoluto tempore fratres secutus, nec à patre, nec

nec à propinquis, seu amicis potuit retineri. *Autor. vita D. Bernardi lib. 2. c. 3.*
 D. BERNARDUS, Cum jam Clarevallis Abbas esset ordinatus, adventantibus novitiis, & festinantibus ingredi, audire eum soliti sumus, prædicantem, ac dicentem: Si ad ea, quæ in us sunt festinatis, hic foris dimitte corpora, quæ de seculo atulisti. Sili Spiritus ingrediantur, caro non prodest quicquam. Quod cum de novitiis ad novitatem verbi perterritis, parcens teneritudini eorum, elementis exponendo, quod dixerat, carnalem concupiscentiam prædicare solebat foris dimittendam. *Autor. vita lib. 1. c. 4.*

Soror D. Bernardi, in seculo nupta, & seculo dedita, cum in divitiis, & delictis seculi periclitaretur, tandem à Deo inspirata iter in vitam fratrem suum: ad fratrem autem cum comitatu, & apparatu superbo, Bernardus detestans, & execrans eam tanquam rete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquievit exire ad videndum eam. Quod audiens illa confusa, & compuncta vehementer, cum ei nullas fratrum suorum occurrere dignaretur, cum à fratre suo Andrea, quem ad portam invenerat monasterii, ob vestium apparatus, steruus in peccatorum argueretur, tota in lachrymas resoluta: Et sic invocatum suum, inquit, pro talibus Christus mortuus est. Quia enim peccatrix sum, idcirco consilium, & colloquium bonorum requiro. Et despicit frater meus carnem meam, ne despicat servus Dei animam meam. Veniat, præcipiat, & quicquid præcepit, facere parata sum. Hanc promissionem tenens, exiit ad eam cum fratribus suis Bernardus. Et quia eam separare à viro non poterat (nec enim, quod Deus conjunxit, homo Christianus separare præsumit) primo verbo ei mundi gloriam in cultu vestium, & in omnibus seculi pompis, & curiositatibus interdixit, formam vitæ maritis suæ, in qua multo tempore vixit cum viro ei indixit, sic eam à se dimisit. *Autor. vita D. Bern. lib. 1. c. 6.*

Quondam consulente S. Agidius, num reliqua mundi vanitate fatuus esse deo in monasterio consecraret, respondit: Si extrema inopia laborans, recondito cum quis thesaurum in agro sciret: putasne requiriturum ab aliquo, an eum effodere deberet. Quo dicto insinuavit multo amplius nobis propendendum ad ea loca, in quibus æternæ salutis thesaurus. *Surius tom. 2. in ejus vita.*

At non omittendum, quod de Baldericho Episcopo Spirensi asserit Bruchius. In Episcopum enim Spirensem ob raris ingenii dotes, &

Compositum ius, fæque animi, sanctique recessus Mentis, & in eodem generoso pectus honesto,
 à clero, & populo, ex monasterio Hirfaniensi, in quo B. Augustini regulam voverat, adscitus, summo conatu restitit adjectis que noblem illam sententiam: Ex quo in Cœnobium me conculsi, fuit Principum, mundique pompa valedixi. Verum nihil excoletio profuit, invitus enim ad Episcopatum pertractus à reprehensione immunem, & planè monasticam vitam in eo egit. *Begerlinck in apoph. Chriftian.*

Admirandum etiam monasticam humilitatis exemplum præbuit Adolphus Holfatiz Comes. Hinc enim manus cum hoste conferturus, voto se adstrinxerat, ut si victor evaderet, Infiturum D. Francisci, Comitatu abdicato, sequeretur. Itaque voti compos paupertatem Christi æmulaturus, sacram vestem Minoritarum, & simul vivendi normam assumpsit, votoque se solvit, Sacris initiatus Monasterium sui ordinis in oppido Kyladificari curavit, collectis etiam ostiatim cleemofinis in subsidium. Factum autem: ut cum hydriam lactis ad focos deferret, filios suos Holfatiz Comites splendido cultu obvius haberet. Quid faceret? viam declinare non poterat: pudorem tamen vici constantia, seque totum lacte perdidit, dicens: Infelix homo, Christi paupertatem bajulare erubuit, nunc te monachum exhibe, offendere, quid portaveris, iterque suum nil filiorum moratus præsentiam, totus lactes absolvit. *Ex Hieron. Ziegli. in bist. illust. German. Begerlinck supra.*

MONACHORUM GENERA.

Ibid. lib. Etymo. 7. c. 13. & lib. 2. de Offic. Eccles. cap. de Monachis, tria eorum genera constituit: Eremitarum nempe, Anachoretarum, & Cœnobitarum. At enim si Græca nomina consideremus, eosdem prorsus Eremitas esse, atque Anachoretas comperimus: unde *Isidorus* tria genera Monachorum nomine potius, quam re ipsa, & vitæ instituto distinguit.

Propterea *Cassianus Collat. 8. cap. 4.* duo tantum genera bonorum Monachorum, videlicet Cœnobitarum, & Anachoretarum discernit. Eremita enim vocatur, qui in desertis, & soli-

tudinibus habitans solitariè vivit: Anachoreta verò, qui in solitudine, aliumve desertum locum disjunctum, ac remotum ab hominibus, vivendi causa fecit.

Quare duo tantum Monachorum genera constituenda sunt, nempe Eremitarum, qui à iisdem propemodum sunt, qui Anachoretæ, & Cœnobitarum.

Eremita igitur sunt, ut diximus, qui solitariè vivunt in montibus, agris, aliisque locis desertis: Cœnobitæ verò, qui unum in locum, seu conventum aggregati, & conjuncti communiter vivunt, à communi, quam proficiuntur vita sic appellati.

Monachi vocabulum licet prima sua notione solitariæ designet, proindeque idem sit Monachus, qui Eremita, vel Anachoreta, usu tamen, & consuetudine latius usurpato coepit, ita ut sit commune Eremitarum, atque Cœnobitarum. *Cassianus tamen Collat. 18. c. 3. & Hieron. epist. ad Eulochium de Custodia Virginitatis,* tertium Monachorum genus recenset. Sed illud reprobam appellat, eo quod genus esset quoddam Monachorum, communiter quidem viventium, sed proprias facultates retinentium: item & aliorum, qui cum ad tempus vitam cum aliis commanentem egissent, in solitudinem postea secedebant, ut ibi liberius suo arbitratu viverent, nullius potestati subditi.

ANTIQUITAS.

Hæretici contendunt quarto post Christum natum seculo coepisse, hoc est trecentis circiter ab eo tempore annis exactis. Negant enim illi contra communem Scripturam sententiam, receptum Dionysii Areopagite libellum de Ecclesiastica Hierarchia, quo manifestè constat, ubi monachorum meminit, quos fuisse testatur Apostolorum temporibus. Quidquid sit de ejus libri auctoritate, fuerit ne ille Pauli Apostoli discipulus, is nempe cujus facit B. Lucas in *Actis Apostolicis* mentionem, an alius quispiam, non est notum institui, negari tamen non potest eum per antiquum scriptorem fuisse, ac longè ante Magni Constantini tempora floruisse.

Neque inficiari queunt Dionysium hujus nominis I. Romanum Pontificem ex Monacho fuisse creatum.

Nec obscurum est, id quod *Terullianus, & Cyprian.* Scriptores antiquissimi perspicue tradiderunt, Virgines voto castitatis Deo obligari, & ab Episcopis velari solitas. Quod si feminæ id temporis votis adstrictæ dicebantur, quid mirum viros quoque tunc fuisse votis obstrictos? Sunt etiam, qui contendunt Apostolorum temporibus Monachos, & Anachoretas fuisse, & putant id inde se aperto, & certo argumento colligere, quod *Damasus in Vita Pontificum* narrat Telephorum ex Anachoreta Romanum Pontificem electum. Hoc tamen dubium esse, & incertum quidam Catholicis dicere: nam *Platanus, & alii non ignobiles scriptores* Damasum interpretantur, Telephorum ex patre nomine Anachoreta progenitum fuisse.

Verum quidquid sit, hoc unum certè ex historicis Ecclesiasticis constat, Constantini Magni tempore in Syria, & Ægypto ingentem Monachorum multitudinem vixisse: & deinde circa ea tempora Monasticum institutum per Orientem propagatum, & auctum, ac deinde in Africa, Italia, Gallia, & aliis Occidentis partibus viguisse. Nam sub Augustino, Monachi in Africa vixerunt: sub Martino Turonensi Episcopo in Gallia, sub Simpliciano Mediolanensi Antistite in Italia, sub aliis Episcopis in Armenia, Ponto, & Paphlagonia.

Valde etiam verisimile est temporibus Apostolorum monasteria existisse, nam *Leopoldus de S. Mattheo,* quod in *Æthiopia Regis filiam,* de S. Paulo, quod Theclam in Græcia, de S. H. Clemente, quod Domitiam cum pluribus aliis Deo consecravit.

S. MARTHA scimus in Gallia Monasteria erexisse S. Marcom insignia Clericorum Collegia Alexandrie instituisse. Aliosque Apostolorum successores alibi: prout luculenter idem describitur unà cum ceremoniis, ac ritibus personarum, locorumque consecrationis adhiberi solitis D. *Dionysii, Philo Judæus, Eusebii, Ruffini, & Joannes Cassianus.* Recentiores etiam latè hanc materiam prosequuntur, ut videtur etiam *Mediam, Azorium, Hieronym. Platum, & alios,* qui Religionis essentiam, Religiosorumque initia deduxerunt.

CAUSA, ET ORIGO MONACHISMI.

Nostri temporis hæretici affirmare non dubitant, Monachos partim casu, partim errore, & prava imitatione coepisse, eo quod *Nicephorus lib. 8. c. 39. & 40. Hist. Eccles. scriptis,* quosdam primos monachos, & Paulum ipsum primum Eremitam Decii persecutionis fugiendæ causâ in solitudinem secessisse, & ibi

& ibi vitam egisse. Alios verò ajunt Hæreticos Efenorum olim in Ægyptiacis solitudinibus, & antris degentium errorem, & inscitiam confectatos, consimilem esse vitam, & habitationem tenuisse.

Verum quidquid more suo calumniant Hæretici, primi certè apud Christianos Eremitæ imitari fuit exemplum Eliæ, Elizei, & aliorum Prophetarum, Joannis etiam Baptistæ, ac Christi Domini, qui in solitudine secessit, & quadragenarium jejunium observavit.

Cassianus collat. 18. cap. 6. sic ait de Anachoretis loquens: Qui non, ut quidam pusillanimitatis, nec impatientiæ causa, sed desiderio sublimioris profectus, contemplationisque divini solitudinis secreta secessit, & deinde agens de Paulo Eremitarum Duce subjungit licet necessitatis obtentu, dum tempore persecutionis asinum suorum devitat insidias, Eremitam penetrasse dicatur.

CONVENIENTIA VETERIS, ET NOVI MONACHATUS.

Contentund iterum Hæretici longè diversam rationem fuisse Monachorum Veterum, & eorum, quos modo habemus; nimirum illi non fuerunt, inquit, tribus votis quibus nostri Monachi adstricti, sed votis soluti, & liberi vivebant: si quis ab incepto recederet, is nequaquam, ut voti violator habebatur, sed levitatis, & inconstantiæ tantum arguebatur.

Quidquid sit de iis Eremitis, aut Anachoretis, siue Monachis, qui solitudines primi, & deserti incolere coeperunt, illud certè nisi desipere volumus omnino Hæretici, inficiari nequeunt. Cœnobitas, qui communiter habitabant, & vivebant, est non quidem à primo ipsorum ortu, sed idem tamen ferme tempus tribus se votis Religionis. Castitatis nempe, Paupertatis, & Obedientiæ devinxisset, ut aperte ex Magni Basilii Monastici Constitutionibus liquet.

Hinc postea Benedictus in occidentem successit, qui Monachorum Orientis sub ejusdem Basilii Regula, vite rationem æmulatus, suos quoque Monachos formulam vivendi à se præscriptam proficere voluit, in qua eadem, qui dixi, vota servanda traditur.

GRADUS.

Etiam inter Monachos jam olim gradus fuisse constat, & illis quidem Superiores, & Inferiores. Nam sicut Clericis cujusque Ecclesiæ privata præerat Episcopus, ita singulis Monasteriis unus Monachus præsidebat, in cujus potestate erant alii decurios, & centurios præfecti. Porro is, qui multi Monachorum turmis veluti gregebus præerat, Archimandrita vocabatur. Dicitur autem Archimandrita, eo quod multis Monachorum catervis præfideat, cum Monachi per turmas, & classes dividerentur. *L. nos redentes C. de Hæret. Madox* enim Græcum nomen, spe-luncam, caulam, & stabulum, in quod greges ovium advehebantur significat.

Quem verò Græci Archimandritam, & Cœnobiarcham vocabant, S. Benedictus in Regula Abbatem Syriacæ potius voce, quam Græcæ, ex Evangeliorum tamen codice desumpta appellare consuevit. Hic intra sui monasterii septa Præfectum quandam consistuebat, cujus vicaria opera, & industria utebatur, in his, quæ ad Conventus gubernationem pertinebant, quem præterea Benedictini Monachi Priorem claustralem vocare coeperunt. Et quia plerumque extra monasterium minores aliqui Conventus, & sodalitia Monachorum erant eidem Abbati subiecta, alii quidam Præfecti eum cum libera potestate, & auctoritate dimittebantur: quos idcirco Priores Conventuales vocabant. Hinc exorta sunt Abbatæ, & Priores, nam Priores, & Abbates precedente tempore, privata mens à communi separata uti coeperunt, quod fiebat, ut certi redditus privatæ Abbatibus mensis assignarentur, ex quibus vivere, qui deinde Abbas annuos quoque redditus communi Monachorum mensis tribuebat.

Cum verò Monasteria paulatim Monasteriis destituerentur, Abbatæ, & Priores commendari coeperunt Clericis: donec introductus est mos, ut Episcopi, & Cardinalibus in perpetuum administracionem committantur, hoc est, ut ea administrarent, dum vivunt.

Porro, qui in Regula S. Benedicti Abbatæ vocantur, in Regula S. Augustini dicuntur Priores, seu, Præpositi.

MULTITUDO. PROPAGATIO.

De Monachorum veterum innumerabili multitudine, figurata fortassis per ingentem illam turbam populi Israëlitici, qui

ex Ægypto, quæ mundi hujus typus, egressus, cum dumtaxat LXX. eam primitus ingressi fuissent, multa traduntur à veteribus, iisque fide dignis.

Abanasius enim cum vitam, & acta Antonii commemoraret: Erant, inquit, in monte monasteria tanquam tabernacula plena divinis horis pascimentum, lugentium, orantium, qui infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conversatione sejunctum videbantur incolere.

De HILARIONE, qui eodem tempore in Palæstina, quo Antonius in Ægypto, vivebat, innumera, ait *Hieron. in vita Hilariensis,* monasteria fundavit.

De MACHARIO Antonii discipulo legitimus, cum suæ discipline alumnos habuisse quamplurimos.

De CHARITONE quoque scriptum est, cum in Palæstina plura extruxisset Cœnobita.

Isidorus fertur in uno Cœnobio, plusquam mille: & in eodem paulò post aucto numero, Apollinios plusquam quinque mille Monachis præfuisse.

In monte Nitria, qui ab urbe Alexandrina unius ferme diei itinere distabat, quingenta monasteria propè contigua existisse dicuntur, quæ omnia ab uno præfide, unoque vite magistro regabantur.

Palladius teste oculato, in sua peregrinatione, quam scriptam reliquit, civitas quædam fuit, in qua plura erant monasteria, quam profanz domus, ita ut omnes vici, & omnes anguli pleni essent Monachis divinas laudes decantantibus.

Idem perhibet, se in urbe Memphi, & Babylone innumerabilem omnino multitudinem Monachorum, qui omnes variis Spiritus sancti donis fulgebant. Et propè Thebas se cum Ammonio congressum patre trium millium Monachorum. Serapionem quoque à se visum, qui decies mille Monachos, plurimos tamen domicilii, aut cellulis divisis gubernabat.

Fertur etiam Pachomius, ut scribit *Nicephorus lib. 9. bist. Eccles. 14.* variis in domibus modico intervallo disjunctis apud Insulam in Thebæide, quæ Tavenna nominatur, ad septem millia discipulorum habuisse, & in qua ipse debebat, plures quam mille, quos quidem omnes commodioris gubernationis gratia, in quatuor, & viginti classes pro Græcarum litterarum numero, & varietate distribuit.

Scribit *Theodoret. in bist. Sanctorum Patrum,* infinita fuisse C. Monasteria in toto Oriente, in Palæstina in Ægypto, in Asia, in Ponto, Sicilia, Syria, & Europa.

S. Hieronym. in Paulæ viduæ Epistaphio epist. 27. narrat, eum ea mulier studio sancto illo, Patres vivendi, deserti adiiisset, occurrisse ei turbas innumerabiles Dei famulorum, quo spectaculo illa delectata est, ut sui sexus oblita, inter tot millia Monachorum optaverit habitare.

In Antioche civitate, ait *Palladius in historia Sanctorum Patrum ad Lausum cap. 49.* quadraginta annos versatus sum: eo tempore accepti etiam cognitionem eorum, quæ sunt illic, Monasteriorum. Nam circa civitatem sedent vix circiter bis mille.

Et cap. 25. Apollo Abbasingit, pater erat Monachorum circiter quingentorum. Similiter, *et cap. 7.* scribit in monte quodam habitare quinque millia Monachorum.

Cap. 9. ait in monte Nitria fuit Abbas, nomine Or, habens Monasterium mille fratrum: ad quem Abbatem postea convenerunt tria millia Monachorum.

Nec tamen tantus Monachorum numerus solitorum temporum felicitati respondit, nec unâ cum illis temporibus interdidit, exaruit, & extinctus est, sed posterioribus etiam sæculis floruisse perhibetur.

Nam *Bernardus in vita Malacbiæ Episcopi* auctor est, in una Hybernia monasterium fuisse, quod multa millia Monachorum procreavit, & caput multorum Cœnobiorum existit. Locus, inquit, verè sanctus, seculum usque Sanctorum, copiosissime fructificans Deo, ita ut unus ex filiis sanctæ illius Congregationis nomine Luanus centum solus Monasteriorum fundator extitisse dicatur.

Et paulò post: Ad has nostras Gallicanas partes, Sancti Columbanus ascendens, Luxoviensie construxit Monasterium, factus ibi in gentem magnam. Ajunt tam magnam fuisse, ut succedentibus sibi vicissim choris consistuerentur solemnia divinarum, ita ut, nec momentum quidem diei, ac noctis vacaret à laudibus *Vide §. sequentem.*

Tribemius gravis auctor, qui vixit anno Domini 1480. scribit miram fuisse Monachorum sui Ordinis multitudinem. Nume-

Numerus, inquit; Monasteriorum Abbates habentium A ultra quindecim millia extenditur, exceptis Præposituris, & Cœnobiiis Monialium. Unde si unusquisque sua possideret, S. Benedictus tertiam partem Christianitatis habere crederetur. In Provincia sola Moguntina nunc habentur Abbatis centum viginti quatuor, præter illas, quæ ab ordine nostro sejunctæ sunt: quarum numerus denarium superat.

Polengius ejusdem instituti, cujus Trithemius Monachus in Commentariis in Psalm. 102. explanans illum versiculum; In conveniendo populos in unum, scribit inquit. Pontificia decreta referunt, uno eodemque tempore Benedictini instituti fuisse supra septem, & triginta millia Cœnobiorum, quas Abbatis vocati libuit.

Idem quoque auctor Trithemius ait, tempore Joannis XXII. Monachorum reperti sunt, ex instituto Benedictino quindecim millia, quingenti, quinquaginta novem, qui sunt in Sankorum numerum relati.

Sabellicus non ignobilis Historicus Carmelitani instituti originem recensens, sic ait lib. 5. Enq. ad finem: Pu- B der Locorum, & Religionis hujus initiatorum immensum numerum referre, quem in Commentariis Carmelitani ejusdem alicui multi nominis reperio, nisi forte sit in numero error; pro mendacio haud dubie refelli potest, ut septem millia sint hodie Cœnobiorum, & quingenta Carmelitani nominis, in quibus factis operentur centum octoginta, & amplius initiatorum milia.

Deinde verò subicit: Quod si omnium Christianæ pietatis Religionum cœtus in unum conferas, vix, ut arbitror, tam ingens numerus expleatur. Sed tantum abest, ut fidem meam in eo obstringam, ut ne relatum quidem in hoc videri velim, tanquam duxerim dignum, cui fides haberetur. Hæc ille subjicit, ut fidem, & auctoritatem tanto Religiosorum numero derogaret. Sed ante illum auctorem ingentem eum numerum, auctor non parvi nominis scriptum reliquit, videlicet is, qui continuavit historiam de bello sacro inceptam à Gulielmo Episcopo Tyri lib. 5. cap. 3.

Idem Sabellicus cum de Ordine Dominicanæ familiæ mentionem fecisset: Censebantur, inquit, cum hæc commentaremur, una, & viginti Provincie Prædicatorum. C Conventus, five Cœnobii quatuor millia, centum, quadraginta tria, & in his initiati sex, & viginti millia, quadringenti, sexaginta, quorum circiter mille quingenti essent Theologicæ professionis Magistri. Hæc ille Enq. lib. 6.

Ibidem Franciscani etiam Ordinis initia commemorans: Raro ait, & nescio, an unquam verus dixerim, ullum humanæ pietatis institutum majora sensit incrementa, totum orbem terrarum una hæc implevit familia. Quadraginta Provincie quibus Minoritarum nomen est intertum, in custodia dividuntur. Custodiæ quæ multæ sunt numero in Conventus, & loca, in quibus initiatorum sunt hodie ad sexaginta millia. Sæpè & hoc audivi, Magistrum Ordinis polliceri quandoque autum, Pio Pontifici Maximo expeditionem in Turcas paranti, ex Scraphici Francisci familia triginta bellatorum millia, qui bellica munera graviter obire possent, nihil sacrorum cultu interpellato. Hæc ille.

Et cum ordo Franciscani instituti sit in tot membra D disparatus, unus eorum, quod Observantium vocant, proximis annis centum ferè mille Religiosorum numerum concessisse dicitur.

Consule de hoc argumento Titulum de Religioso statu, ubi multorum ordinum prærogativæ, Encomia, & Propagatio in particulari traduntur.

Item celeberrimos Monachos utriusque sexus, eorumque splendor, dignitas. Ibid.

MONACHI MAHOMETANI.

Vide in Loco de Mahometanis. Scriptis de illis Philipp. Lovicerus l. 2. Turc. hist. Et Martinus Barletius Scodrensis lib. rer. gest. à Scanderbege.

MONASTERIA, COENOBIA CONDERE, EXTRUERE.

QUI EXTRUXERINT. UBI, &c.

* Constantinopoli olim celebre fuit monasterium, quod ab auctore, & à sacrarum literarum, ac vite perfectionis studio, Studii nomen accepit, cui præfuit S. Plato, post quem Theodorus Studita sub annum Domini 800. tot ingenii sui, & pietatis, è sacris Literis reliquit monumenta, suos discipulos more veterum Monachorum iis describendis occupans, quibus & abfens, & præfens cum Leonoclastis Imp. Constantino, Copronymo, & Leone Isaurio forti agone, & duello congressus hæresim jugulavit, & palmata S. Fidei trophæa æternæ memoriæ consecravit.

* In Sina monte Arabiæ erectum est nobile illud asceterium, five monasterium, in quo vixi religiosi mille se exercebant ad omnes labores penitentiae, orationis, & virtutum omnium, cui præfuit B. Joannes Climachus, qui ibidem quasi alter Moses tabulas legis divinitus, puta institutiones vite monastice, & religiose professionis, orando, & meditando à Deo accepit, quas & postea scripto reliquit in insigni illo libro, qui vocatur Climax, five scala paradisi.

Paula, Romana matrona, cum D. Hieronymo in Syriam profecta, quatuor illic monasteria extruxit. Virginitatis, quibus ipsa præfuit: unum virorum, cui Hieronymus. Sic per 20. annos orando, psallendo, conciones audiendo, sancto sine quievit.

REGORIUS I. Pontifex paternam domum in clivo Scauri positam, non longè à Circo maximo, in monasterium redegit, quo in loco, & hospites continuo accipiebat, & pauperes undique confluentes, cibo, & potu in vita retinebat: Sex alia monasteria in Sicilia extruxit. Platina.

EUSEBIUS, & MARATHONIUS, alter Cyzicenus, alter Constantinopolitanus Episcopi, monasteria frequentia virorum, & mulierum instituerunt, atque aliorum plurimorum cœtum ad se attraxerunt, ex iis, qui vitam frugis, & asperam perfectissimum pietatis signum esse statuunt. Suidas.

Cum RODGALDUS Dux Beneventanus, Tarentum, Brundisium, ac totam Apuliam occupasset, ejus uxor Theodora, G mulier piensissima, ex his manibus non longè à Benevento basilicam in honorem B. Petri ædificavit, addito sacrarum virginum cœnobio. Platina in Leone.

REGORIUS II. Pontifex domum paternam mortua matre in honorem Agathæ Christi martyris dedicavit, eoque loci monasterium extruxit, additis suburbanis, & rusticis prædiis, ad monachorum usum, & commoditatem. Platina.

BENEDICTUS II. Pontifex Romæ B. Petri Apostoli, Laurentii Martyris in Lucina, B. Valentianæ via Flaminia, Virginis genitricis ad martyres templa, magnis sumptibus restituit, eademque ophtico, & porphyretico lapide, incrustatione parietum, opere tectorio, & vmiculato, argenteis, atque aureis vasis, vestibus inauratis, & holoforicis exornavit. Platina.

PERTHARIS Longobardorum Rex, religionem Benedicti, & pietatem imitatus, monasterium Papæ in honorem sanctæ Agathæ ædificavit. Platina.

Hersfeldense monasterium Bonifacii Moguntinus Episcopus extruxit, an. Dom. 736. juxta Chronicon Quedelburgense, & Trithemium in epit. rerum Francicarum, & H. Schaftnaburgensem. Fuldenfè verò an. 742. Sigeb. in Chronico.

Selingastadii Carolus Magnus D. Stephano monasterium ædificavit, anno Dom. 781. Chronicon Quedelburgense. Idem secundum numerum alphabeti monasteria condidit, & in singulis literam auream centum librarum Turonensium collocavit. Mutius lib. 8.

DAGBERTUS Francorum Rex, anno sui regni tertio, fundavit cœnobium, quod Albaum castrum, vel V. weiffenburg dicitur, instituit Benedictini, circa annum Christi 623. Dotavit verò, & auxit anno Christi 664. ac D. Petro, & Stephano dedicavit. Irminis filiz suæ in palatio antiquissimo, quod Horreum dicebatur, apud Treverensè monasterium puellarum extruxit, instituit Modoardi Treverensis Episcopi, qui & ipse duo monasteria in eadem urbe monialibus construxit. Trithemius de gestis Francorum. Sub dicecisi Treverica, Tholegentie cœnobium S. Mauricii, quod idem est Benedictini instituit, fundavit, ac munificentissime dotavit: anno Christi 627. Absolu-

Absolutum illud est postea à filio ejus Sigeberto, Rege Austriæ. Bruschius de monast. Germaniæ.

COLUMBANUS, homo in insula Hibernia natus, atque eximia doctrina, & rigide vite innocentia notus, postquam Luovientie monasterium construxerat, ad sanctitatem suam Francorum Regibus multis modis probavit, in Italiam venit, atque ab Agulfo Rege Longobardorum benigne acceptus, tum multa alia egregie pietatis sue monumenta edidit, tum imprimis Mediolani agens, Arianos, qui multi adhuc in regno erant, & verbis, & scriptis, ipso probante Agulfo, concidit. Sequenti verò an. 614. cum optionem à rege accepisset, ut ubique veniret, sibi monasterium conderet, neque de loco seculo constitueret incertus animi possessus, ubi Bobii nomen apud Regem celebrari audivit, nova subito loci cupiditate exarsit, atque cum à Rege poposcit. Erat autem ad Regem delatum, basilicam Petri Apostoli quandam Apennini in saltibus reperit, locum circa soli uberatam fræcturam; aquis irriguum, copia piscium affluentem, quem veteres Bobium ab rivo ibi fluente vocantem, non multum millibus passuum à Papiâ distantem. Hungitior locum Columbanus adeptus, extemplo basilicam, quæ femurata erat, resecit, & monasterium addidit, & advocatus Monachis Abbas præfuit, atque ibi post annum interit. Columbanum idem Atzala, Attalam Bertolfus Abbas eff consecutus. Quos omnes inter sanctos relatos Beda prodidit, qui illorum vite descripsit, Monasterium ab Agulfo, & postea ejus ditatum, & Monachorum sanctitate, & Catholica fidei defensione præcelluit. Sig. lib. 1. regni Italici.

SIGEBERTUS Rex prole penitus desperans, duodecim monasteria extruxit, inter quæ Scabulos, & Malmudarium præcipua æstimantur. Sigebertus. Idem monasterium Vuelt, ut quidam volunt, condidit: quamvis alii Lucio Regi ascribant. Polydor. lib. 4. Sangallensis Abbatis apud Helvetios, intra muros urbis S. Galli, quæ totum comitatum Dokenburgensem sub sua potestate habet, sumptibus, ac immunitatibus Sigeberti Australiæ Regis, & Fridbergæ conjugis extructa est: quam S. Gallus, qui primus apud accolis illic Acronii lacus, id est, Brigantinos, & Arbonenses, Evangelium plantavit, à demonio liberaverat. Cœptum opus an. Christi 630. Braschius in Monasteriis.

Sub LOTHARIO Imp. an. Sal. MXXVII. ingens Franconiæ cœnobium Cisterciensis Ord. Eboracum (aliis Loracum dicitur) condi cepit esse (quo loco circa Episcoporum Heribipolensem sepeliuntur) à duobus fratribus nobilibus Bernone, & Richvino, qui castrum suum Eboracum latronum olim domicilium, D. Bernardi dicuntur, ut domus fieret orationis, strenuè multis principibus coadjuvantibus. Postissimum verò annitente Conrado III. Romano Rege, & Gertrude conjuge, priusquam regalem adepti sunt dignitatem. Cusp.

OTHO Magnus Imp. Magdeburgi regalem Abbatiam professionis Benedictinæ fundavit: sed paulò post eam in Archiepiscopatum commutavit, ac Monachis extra urbem moenia, in quadam colliculo (unde postea cœnobium nomen suum accepit) locum concessit. Henr. de Erfordia. Idem ex S. Meginradi cella magnificam fecit Abbatiam Einsfeldensem, five Eremitarum apud Helvetios, quam amplissimis proventibus annuis dotavit, ac pauperum principum, comitum, ac baronum receptaculum perpetuum esse iussit: ut Bruschius in Chronolog. monasterior. German. indicat.

D HENRICUS II. Imp. multo labore, & ære, ab Ungaris vastatissimè per Germaniam templa, cœnobioque restituit: & monachos, qui ob paupertatem suam professionem abjecerant, ad officium coegit. Avent. lib. 5. Annal.

Narrat Aventinus Utionem Bavariz Principem (vel Ordiloneum, vel Theodoneum) septem monasteria extruxisse, unum Mainie, prope Memum, lacum Noticorum: sex in inferiori Bavaria, juxta Danubium. Lib. 3. Annal.

URSUS PATRICIACUS Venetorum Dux, monasterium D. Felicis ad Amianos extruxit, in quo postea sepultus est. Hujus liberalitas in pauperes, & in reliquos munificentia commendatur. Undevigesimo principatus anno spontè sese abdicavit, quando prægrævante senectæ parem hinc curæ se non esse cofoceret. Egnat. lib. 4. c. 1.

Edelstunum Canonissarum liberarum, & ab omni professione, ac regula immunum, in Suevia pulcritimum collegium (in quo omnibus virginibus liberum erat egredi vicissim, & nubere, soli verò Abbatissæ propter benedictionem, permiffum non erat) fundavit, & liberalissimè dotatum est, anno Criti-

sti 1126. à Gisala Germana sorore Vernheri Urspergensis fundatoris, Comitis de Schuvabegk, & Baltzhufen. E Bruschius.

D Bernardus monasteria plura, quam credibile ferè esse extruxit. Refert auctor vite, illum 160. monasteriorum partem esse, l. 5. c. 2. Trithem. in Chronico Hist. Augustini numerat, 140.

BRUNO, Othonis Magni ex Ludolpho filio nepos, Pontificatum Verdensis ingressus, patrimonium suum factis rebus dicavit, indeque in honorem B. Virginis, & Joann. Baptistæ, Collegium cœlibem vitam agentium virginum extruxit, ac plurima Ecclesiæ ornamenta de suo comparavit. Crantz. in Metropol. lib. 3. c. 36.

BONIFACIUS IV. domum paternam in monasterium redegit, fundoque suos monasterio adscripsit in monachorum usum. Platina.

ROBERTUS Hugonis, Capeti filius, Francorum Rex plurima religiosa loca extruxit. Apud Aureliam cœnobium S. Aniani, in sylva Aquiliana S. Medardi, & S. Leodegarii, in Viteracio castro, S. Regalis, in civitate Sylvanestensi, apud Augustodonum S. Cassi, Ravennæ.

LUDOVICUS Craffus, Francorum Rex, fecit cœnobium S. Vidorii in suburbis Lutetiz. Ravennæ.

Conseverat Rodolphus Rom. Rex semper sexta feria, quæ dies est Veneris, passiois Christi dicatas, cum hostie manus conferere: nam S. Crucem religiosissime venerabat. Votum itaque Deo fecit, si victoria contra Othocarium Bohemiz Regem potiretur, sese in honorem S. Crucis novum extructurum cœnobium. Othocarus castris exutus, in fuga à Saryrio nobile, cujus fratrem prius iniquè decollaverat, vulneratus, nudus in Laha oppidum Austriz delatus, expiravit: anno Salutis 1279. de ejus exercitu quatuordecim millia desiderata, præter captivos. Rex voti reus in Tulna Austriz oppido cœnobium monialium (quod hodie durat) extruit in honorem S. Crucis fecit, donavitque, accessibus dotavit. Cusp.

ROBERTUS Flandriz Comes, uxori suæ Clementiz per litteras ex terra Sancta missas, an. 1098. mandavit, ut in honorem D. Andree cœnobium construeret: quòd is sanctus sacram lanceam, quæ jam multis seculis humo desolata jacerat, à demonio strater peregrinis. Clementia iussis parens, à Baldrico Episcopo, & Lamberto Archidiacono locum quandam in Bertferkerk juxta Brugas impetravit, ibique monasterium Benedictinorum extruxit. Jacobus Meyer.

CAROLUS IV. Imp. multa collegia Canonicozum, ac monasteria Prage fundavit, & crexit. Ac in Ingleyeym oppido Rhenano, Moguntinensis diocesis, Canonicozum regularium instituit collegium, ad quod soli recipiuntur Bohemi, quod hodie extat. Cusp.

OSIUS Rex Anglorum, devicto Merciorum Rege Penda, primus in ea gente Ecclesiæ Dei hospitia præbuit, templa, ac monasteria ædificavit plurima, inter quæ præcipuum legitur in insula Cervi, in quod ipse filiam suam virginem abdidit, in gratiam victoriæ à Deo concessæ. Beda in hist. Ecclesiast. lib. 3. c. 21. 24. Sigebertus.

EDGARDUS Anglorum Rex, singulis annis, quibus regnum administravit, novum monachis extruxit cœnobium. Baleus centur. 2. scriptor. Britan. Quadraginta cum monasteria extruxisse, Ranulph. lib. 6. cap. 9. Polychron. scribit.

Inter Reges Svecos nullius major in extruendis monasteriis liberalitas fuit, quam Magni Ladalaos dicti, præter id, quod ea quæ à reliquis regibus extructa erant, magnificè dotavit. Joan. Magnus lib. 20. c. 7.

* Ex Belgarum Principibus nemo est, qui hæc pietate superet serenissimum Archiducem Albertum, non ita pridem vita defunctum: cujus non modò benevolentia, sed & regalis beneficentia erga Religiosorum Cœnobio, sacraque domicilia nunquam interitis annalibus celebrabitur: ut quàm licet tacuerimus nos, manifestam faciunt, ut Ecclesiæ, & oratoria prætereamus, cura, & munificentia illius excitata, nova per Belgium Excalceatorum Patrum utriusque sexus, & aliorum Religiosorum, quos altundè evocaverat erecta illius impulsu, & impensis Monasteria, quæ etiam red ditibus auxit, & ut postea commendata forent, religiosè voluit. Quin Palatio suo Bruxellensi augustissimum Excalceatorum alceatorum à fundamentis ædificatum adjunxit, quo & sibi, & piissimæ conjugi, Heroine Isabellæ Claræ Eugenia ad illud aditus patet, factique ordinis illius exercitio, qua sunt erga Deum, & Sanctos pietate, sese mancipant.

Injuriam faceret Antuerpiensi populo, qui hac etiam in re debita ei encomia non referret, ut cujus ingenia erga Reli-

Religiosos munificentia, & liberali profusione, haud ita pridem Anno 1620. uno simul tempore, decem cum Cœnobis, tum augustissima, Deoque dicata ædificia fuere constructa. Inter que eminet marmorea moles templi Societ. Jesu, tum Capucinarum, Augustinianorum, & Virginum Annuntiatarum, Escalceatorum utriusque sexus cœnobis, & Oratoria ab ipsis fundamentis erecta, quorum etiam Religiosi Ordines plerique nunc demum in hanc urbem recepti fuerunt, populique istius religiosam beneficentiam in dies experiuntur.

Referri hoc potuerunt ex loco de Religione, Tit. Cultus Religiosus secundam materiam consideratus, ubi de pietate eorum, qui monasteria Religiosorum instituerunt, &c.

* Monarchia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Monarchia definitur Principatus unius, à *Mōs* unus, & *archē* Principatus, hunc appellat Suetonius arbitrium otidis tractatum, eumque qui illum obtinet, Monarcham.

PRÆSTAT ALIIS GUBERNATIONIBUS.

Homeri vox erat.

Ὀὐκ ἀγνοῖται μοναρχίαν ἐς νῦν ἄρτι ἐστίν

Ἐξ ἑσθλασθῆ

quod sic vertit Eobanus Hessus.

Nec multos regnare bonum, Remanicus esse.

Omnia Imperium cui Jupiter aurea magnus

Scrupula dedit, iustitque suis dare jura tuendis.

Horatius in Nicocleita de Monarchia prærogativa scribitur

Qui magistratus per vices amorum subeunt, prius sunt iterum privati, quam Reipub. negotia cognoscant, eorumque sibi experientiam comparent: qui verò semper iisdem officiis funguntur, licet ingeniis fuerint inferioris, experientia tamen, usque rerum longè cæteris præferendi sunt. Ad hæc populus multa negligit, cumque alter respicit alterum, illi verò nil per negligentiam delinquant, cum per ipsos omnia fieri oportere sciant. Item qui in paucorum, aut populari versantur imperio, propter contentiones privatas Reipubl. damnum inferunt: qui verò in monarchia vivunt, quia non est, cui invident, omnia quam fieri potest optime agunt. Præterea populus malevolentia mutua laborat, & optant singuli, ut & qui ante se Reipubl. gesserunt, & qui in presentia gerunt, & pessimè civitatem gubernassent, ut eo magis in se gloria redundaret: Monarchæ autem cum per omnem vitam Domini sint rerum, perpetuam benevolentiam retinent. Cæterum hoc maximum est, quod vulgus applicat omnia ad publica tanquam aliena, Monarchæ tanquam propria. Et in Rebus publicis consilium adhibentur: illic quidem civium audacissimi, hic verò ex omnibus delecti sapientissimi, & vulgus illos maxime colit, qui in turba oratione valent: Monarchæ autem in rebus agendis revera doctos. Non modo autem in vulgaribus, & quotidianis rebus Monarchiæ præcellunt, sed etiam militiæ commoditates omnes potiores habet. Est enim facultas tum ad, apparatus, tum ad usum illarum, sive latentem, sive manifestum: item ad persuadendum nonnullis, alios cogendum: alios precio, alios aliis obsequiis allicendum, plus Monarchiæ, quam cæteræ Reipubl. possint: & hæc non minus quispiam ex ipsis factis, & eventu, quam verbis adductus crediderit: *Iso. in Nic.*

Herodotus de eadem etiam sentit in hunc modum. Ostantes hortabatur, rem Persicam in medium constitui. Mihi verò, quæ Megabyzus dixit, quatenus ad statum popularem

D pertinent, rectè dicta videntur: quatenus ad statum paucorum, non rectè. Propositis enim tribus statibus, & his omnibus optimis, ut optimè imperet populus, optimè paucis, optimè unius, inter hæc multum antecellere unius imperium sentio. Nam unius viri, qui optimus sit, imperio, nihil melius esse constat, qui enim huiusmodi fuerit ingenio, plebem poterit sine omni reprehensione moderari, ut taceam, sic præcipue consilia in adversarios trahi solere. Porro in statu paucorum, cum plures virtuti incumbant, vehementiora privatim odia excitari consueverunt. Cum enim quisque princeps esse optet, & in dicenda sententia unius, ad ingentia inter se odia evadunt: ex quibus seditiones existunt, & seditionibus cædes, & cadibus ad unius imperium deveniunt. Unde intelligi datur, quanto sit hoc illo præstantius. Jam verò plebe imperante abesse non potest, quin malitia exoriat: malitia in Republica, inter malos non odia sunt, sed amicitia valida. Qui enim adversus Reipubl. facinorosi sunt, mutuo se occultant:

idque tam diu fit, dum aliquis populo præpositus tales homines conspiciat: is videlicet, quem populus inter cæteros admiretur. Hic cum admiratione est, tunc verò Monarchus ostenditur, declarans in hoc Monarchum esse omnium præstantissimum. Atque, ut in summa omnia colligam: unde nobilis libertas exitit, an & à quo data? à populo ne, an ab oligarchia, an à monarchia? ego sentio, cum sitis per unum virum liberati, vos debere talem reum complecti, cum dictam ob causam, tum ne patrias leges bene conditas dissolvatis: quod nequaquam factus est. *Herod. lib. 3. Hist.*

Consule locum de Magistratu, Tit. De optima illius forma.

ΑΡΟΡΗΘΗΒΜΑΤΑ.

Οτι νῆδντορ ἡ μοναρχία.

Nihil melius monarchia.

Darius, Nihil melius esse monarchia dixit. Herod. lib. 3.

Democritus. Imperare natura proprium est præstantiori.

Lydus, Quidam ad Cræsum accedens, ei dixit: Si gemini soles forent, periculum conflagrationis rerum immineret: Ita & regem unum quidem accipit Lydi, & servatorem esse credunt: duos verò simul tolerare non possunt.

Stob. serm. 45.

*Darius obtulit hæc conditiones Alexandro, ut ab ipso acciperet talentorum decem milia, & insuper Asiam secum ex æquo partiretur. Id cum recusaret Alexander: Ego, inquit, Parmenio, acceptissimam, si Alexander essem: Et Ego, inquit Alexander, si Parmenio essem. Dario autem hunc in modum respondit: Neque terram duos soles, neque Asiam duos reges ferre posse. Et hic animi celsitudinem probare possis, nisi dictum impotentiam quandam dominandi spearet. Sic *Plut. in Apophth. Regum, & Imperatorum.* Verum hoc paulo aliter recitat *Scrinus in Commentar. cuius hæc sunt verba: Cum Lydis Cræsum imperaret, fratrem in consortium imperii assumptum: tum quidam ex Lydiis accedens dixit: Omnium in terra boniorum, o Rex, maximus est sol, neque quicquam extaret in terra sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagranda pessum irent. Ita & regem unum quidem accipit Lydi, & servatorem esse credunt: duos verò simul tolerare non possunt, &c. *Stob. serm. 45.***

*Socrates, Ei, qui animo neficiter uti, dicebat, melius esse, ut servus vitam duceret quam liber. Esse autem hoc animi, tanquam navis, gubernaculum tradendum altiori cupiani, qui didicerit gubernandi homines artem, quam civilem quoque, & iudicalem, & iustitiam, ut sæpius appellat *G Stob. serm. 69d.**

SCRIPTORES.

De monarchia, & eius speciebus vide *Polat. lib. 36. philologia in tit. de polit.* Quod optimum sit Monarchia, *Stob. ostendit serm. 45.* Porro de monarchia, & cæteris Reipublicarum formis videatur *Plato in Dialogo, qui polit. inscribitur: seu de Reg. Et lib. 8. de Reipubl. Arist. in polit. lib. 3. 4. 5. & 6. Ethicor. 1. 8. Et lib. 1. Rhetoricorum. Hermogenes in cap. de politis. Plut. in septem sapientium convivio. Idem de unius in Reipubl. dominatione, statu populari, & paucorum imperio, *Iso. de Nicole, in Areopagitico, in orat. de pace, seu sociali Demosth. contra Androctionem, contra Timocratem, &c. in λόγῳ ἐν τραπεζία. Cicero lib. 3. de legib. In Sestiana de Aristocratia. In Philippicis de Monarchia, & Tyrannide, in orationibus ad Cæsarem habitis pro Monarchia. Aletius cap. 33. Franciscus Patricius lib. 1. Philostratus, in disput. apud Vespasianum instituta de optima Reipubl. forma. Dion Cassius, Rom. histor. lib. 52. Sigon. lib. 1. de antiquo iure civium Rom. H Herod. lib. 3.**

Vide Locum de Magistratu, Tit. Magistratus Chronologicè consideratus, ubi de Monarchis in speciali.

* Moneta.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Moneta dicitur, quod monet signi, vel auctoris impressione, ne qua fraus in metallo, pondere, vel forma committatur, inquit, *Joannes Aquila de potest. & utilit. monetae: unde & Monetae sunt, qui Principis monetam eundem. Antiquitus Junonem Monetam appellabant, eo quod monerit Romanos per anserem, ut voluit Lucanus, dicens:*

Numina castrensis miscibus flamma moneta.

Cic. lib. 1. de Divinat. Post cladem inquit, maximam à Senonibus Gallis factam, audita vox ex arce Junonis fuit, ex quo Juno illa vocata est Moneta.

INVENTIO.

De Inventoribus, & antiquitate Monetae, tradunt nonnulla in *Loco de Inventione, §. Monetae:* ubi juxta varios variorum Inventores recensentur. Joannes Aquila existimat, primum qui monetam eudit, fuisse Chæm patrem Abraham fabrum peritissimum, atque incensorem, idque ad petitionem Nini Regis Ninivæ filii Belli. Unde legitur *Gen. 23.* quod Abraham pro sepulchro Saræ, sive splunca, & agro quem in illum finem emerat ab Ephron, appenderit pecuniam probata monetae publicæ. *Vide §. seq. circa finem.*

USUS, ET APPELLATIO.

Monetae usum antiquissimum arguit locus paulò ante ex *Genes.* adductus, ubi mentio fit monetae probatae publicæ. Publica autem dicitur, quæ signata est ea figura, qua moneta Principis, aut communitatis insignitur. Probata est, quæ iustum pondus, & pretium habet, sive quod in tractandis rebus commercii exponitur, unde Græca versio habet, Argenti probati mercatoribus. Nos dicimus monetam currentem.

Eo autem tempore verisimile est auream monetam necdum usum fuisse receptam, aut pro rerum pretis datam.

Antiqua autem Moneta publica Imperatoris effigiem expressam gerebat, & numisma dicebatur, ac inscriptionem præterea continebat, idque apud Romanos, aliosque infidelis, nam apud Judæos omnino execrabile fuisse imaginem alicujus in moneta exprimere. Prius autem colligitur *ex cap. 22. Matth.* ubi Christus denarium, sive numisma censu, sive tributo; sibi ostendit præcipit, rogarque ejus est imago hæc, & superscriptio? cui Judæi Herodianis associati respondunt, Cæsaris. Ita alibi S. Chrylost. dicit: Numisma Cæsaris aurum est: numisma Dei homo est. In solidis videtur Cæsar, in hominibus agnoscitur Deus.

Ithorus Etym. 16. ait: Numisma esse solidum aureum, argenteum, vel æreum, ita dictum, quod Principis nomine, & effigie signatur.

Volunt autem, Numam Regem primum apud Latinos effigiem, & titulum nominis nummis inscripsisse. Quod quoad æreos, Saturno adscribit *Europ. in bistoria.*

REQUISITA, JURISDICTIO, MATERIA, & C.

Ad Monetam præter Fabros, & cutores, sive monetarios, requiruntur metallum, pondus, & forma: denique potestas, & jurisdictio eam faciendi.

Et qui dem Monetam eudere ad summum Principem spectat in unaqueque Provincia: estque id Juris communis, ut constat in *l. fin. c. de fal. monet.* neque de aurea olim fuit dubitatum.

Posteà ex indulto Imperatorum, Regibus Inferioribus, Ducibus, ac Rebus publicis, & Civitatibus facultas data est eudendi quamvis monetam: è quo vis metallo probato. Quin & usurpatio Jurisdictionis factum ab aliis.

ANTIOCHUS Pius Afæ Rex, Simoni Duci, & Pontif. Judæorum honoris ergo permisit, uti propria patriæ suæ nota Monetam eudere possit. *1. Matth. 15.*

HENRICUS III. Imp. anno 1049. jus Monetae signandæ Episcopo Patavino indultit. *Sigon. lib. 8. Regni Ital. Ann. 1139.* Genueses à Conrado III. Germanorum Rege pecunie signandæ jus impetrarunt. Itaque in hunc usque diem accepti beneficii monumento nummos auro ipsius figure Conradi Regis nomine signant, Placentini

etiam jus signandæ pecunie à Conrado obtinere. *Sigon. lib. 11. Regni Ital.*

FREDERICUS I. Imp. capta Derrhoma 1158. Cremonensibus amicis honoris loco jus pecunie signandæ concessit. *Sigon. lib. 12. Regni Ital.*

LUCIUS III. Pontifex, ut civis suos Lucenses eximio aliquo beneficio insigniret, tantam sibi dignitatem missa ad se legatione honestissimam gratulantes, jus Frederico I. Imp. assentiente indidit, ut pecuniam euderent Tuscia, Marchiæ, Romanæ, Campaniæ communem. *Sigon. lib. 14. Regni Ital. & Crantz. lib. 9. Metrop. c. 1. & Platina.*

HENRICUS VI. ann. 1191. Bononiæ, cum Episcopo hospitatum, novum jus civitati eudendæ Monetae concessit. Primum nummus excusus ab una parte Henrici, ab altera Bononiæ nomen habuit, à qua etiam appellationem accepit, ut Bononiensis dicitur sit. *Sigon. lib. 15. Regni Ital.*

ORTHO III. Erponi Verdeni Episcopo libertatem argentum eudendi concessit, ac ut solemnes nundinas ubicunque loco-
L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

rum intra sui Episcopatus limites indiceret. *Crantz. in Metropoli, lib. 3. cap. 36.*

ORTHO V. Bojorum Dux, rejecta pecunia veteri Ratisbonensium, cujus nummi sexaginta drachmam valebant, novum numisma Landshutæ fecit, eoque nummos, nec alios, in Bojaria recipi edicto justit. *Aventin. lib. 6. Annal. Bojorum.*

MONETAM ADULTERARE,

CORRUMPERE.

Tribus modis Moneta adulteratur, & corrumpitur, videlicet ratione materiæ, quæ pura non est, sed admixta habet vilioris metalli speciem. Ponderis, ut destituta pondere constituto, & formæ, si non habeat impressionem Monetae currentis, secundum Innocent. Hostiens. Joan. Andreæ, Panormitanum. Atque hinc est, quod in instrumento mutui mercatores soleant inferere, ut sibi restitatur pecunia ejusdem materiæ, valoris, & ponderis.

Habes de hac re nonnulla in Loco de Furto. Tit. Fures fortunarum per se considerat. §. Monetae, pecunia corruptio.

POENA ADULTERANTIIUM,

CORRUMPTIONUM.

Jure communi adulterans, aut falsificans Monetam, quantum ad eo fit, qui potestatem non habet, exurit.

Dicitur quoque eam adulterare, qui illam radit, vel tingit, id est, auro, vel argento cooperit, ut aurea, vel argentea tota videatur. Cujus etiam criminis, qui beatus probatus fuerit, jure antiquo, si liber est, ad beatias damnatur: si servus, ultimo supplicio afficitur. *Barol. circa l. 11. c. de fal. mon. Joan. de Pla. in l. Monetarios circa med. l. quicunque ff. de falsis.* At modò, nullo respectu habito conditionis, qui ita adulterat Monetam, capitalem poenam incurrit.

Vide pleraque de variis hujus Criminis poenis, in Loc. de Punitione, sive Poenis. Tit. Falsi criminis, & falsariorum poena.

Monetae Præfetti. Pere ex Loco de Magistratu, Tit. Magistratus, & Imperii apud respectu dignitatis considerata. §. Quæstiones Monetae præfetti, &c.

* MONETÆ VETERIS

HEBRÆORUM, GRÆCORUM, ROMANORUM, & Hispanorum:

Et Ponderum ejusdem Collatio cum valore, & pondere Monetæ nostrarum. Ex Vilaipando, & Alcazar, qui de hac argumento novissimè scriperunt, accuratè facta.

Præmonendus est LeGtor, a libram presentis loco usurpari pro libra communi 12. unciarum, non autem majori, quæ est 16. unciarum.

Talentum unicum est apud Hebræos, continetque tria millia siclorum; uncias mille quingentas; duodecim millia drachmarum; & minas Hebræas 60. Atticæ 120. Romanas libras 125.

Decem millia Talentorum auri sunt milliones aureorum, seu drachmarum 120. aureus enim Francicus, est unius drachmæ. Libra ergo auri continet uncias 12. drachmas, sive coronatos Francicos 96. Talentum ergo auri continet duodecim millia coronatorum Francicorum. Millia vero duodecim millia ejusmodi sunt uncie auri 125000. puta Libræ 10416. & 4. uncie.

Talentum aliud erat aureum, aliud argenteum, aliud Hæreum: omnia hæc æqualis erant pondere, sed disparis pretii.

Proportio pretii auri ad pretium argenti tempore Platonis, erat duo decupla, ita scilicet, ut una uncia, vel libra auri valeret 12. uncias, vel libras argenti, teste Platone in Socrate: similiter fuit tempore Davidis: nam David emit aream Ornan Jebusai cum bobus, & plautro, auri siclis 50. qui efficiunt siclos argenti sexcentos, ut patet 2. Reg. 24. collato cum 1. Paral. 21. 25. in Hebræo, qui habet: Dedit David Ornan pro loco siclos auri pondere (id est, pretio, & æstimatione) sexcentorum siclorum, argenti scilicet.

DAVID I. Paral. 22. 14. reliquit Salomoni pro templo, centum millia talentorum auri, hoc est duodecim cum dimidio milliones librarum auri, puta mille, & ducentos milliones aureorum Francicorum: tantumdem reliquit ei in argento: univsum ergo reliquit ei bis mille, & quadragintis milliones aureorum; quantum auri vix est in tota Europa. Alcazar tamen, hæc talenta auri, putat, fuisse argentea, & talenta argentea,

geneta, putat fuisse aerea : & sic ex talentis auri tantum fuisset duodecima portio talentorum jam dictorum, & ex talentis argenti tantum fuisset quinquagesima portio, id est, fuissent tantum in aurum miliones centum, in argenteo vero viginti quatuor, hoc est in universon fuissent auroreum Francicorum miliones 124. sed verba Scripturae aliud, & plus requirunt, de qua re alibi disputabo.

Talentum atticum est dimidium talenti Hebraici : nam continent sex millia drachmarum, id est minas atticæ 60.

Mina atticæ, & Romana, continet centum drachmas, sive octos viginti quinque.

Mina Hebraea continet 60. siclos, id est, drachmas 240. uncias triginta, puta duas libras cum media. Dicitur mina. ve mina, à 720 mana, id est, numeravit. Unde mane tekel, pbaras.

Siclus erat semiuncia, puta quatuor drachmæ, hinc siclus, siater, tetradrachmum idem sunt, siclus, & uncia, mundo penes fœvæ, hinc ubique eadem est uncia continens octo drachmas. Dicitur siclus à שֵׁקֶל, id est ponderavit. Chald. dicunt takel, vel tekel.

Siclus ergo argenti ponderabat tantum, quantum quatuor regales Hispanici quinque stufserorum, erat ergo siclus argenti quasi unum stufenus Brabanticus : siclus vero auri erant quatuor coronati Francici, qui valent 12. florenis Brabanticis.

Obolos Hebraicus, erat vigesima pars sicli, & quadragesima uncia : erat ergo major obolo atticæ : hic enim erat sexta pars drachmæ, ac proinde 24. semiuncia.

Unus erat siclus : duplex enim siclus, puta sacer, five major, & civilis, five minor, signentem est Rabbiorum.

Siclus subintelligendus est, quoties aureus, vel argenteus legitur.

Due armillæ à servo Abraham datæ Rebecca, Gen. 24. 22. erant decem siclorum auri : singulæ ergo erant quinque siclorum, id est duarum unciarum cum media.

Sicut dimidius regalis vocatur subinde regalis : ita dimidius siclus vocatur subinde siclus, præsertim in auro, & gre : unde imares Rebecca appendebant singulæ tantum dimidium siclum, uti habent Hebrææ : nollet tamen interpres dicit eas appendisse siclum. Vide Alcazar de mensur. pag. 33.

Didrachmum est dimidius siclus : integer enim siclus erat tetradrachmum, pendebat enim quatuor drachmas.

Argenteus est siclus argenti. Alii putant fuisse dimidium sicli argenti.

Joseph venditus fuit 20. argenteis, id est viginti siclis argenti, puta 20. flor. Brab. Christus venditus fuit 30. siclis argenti, id est, 30. floren. Brab. five 15. uncias argenti.

Habuit Salomon in construendo templo octoginta millia Ægyptiorum, octoginta millia Phœnicum, & quando eos domum dimisit, dedit singulis decem siclos auri, id est, 40. coronatos Francicos. Summa ergo omnium, quæ eis dedit, fuit mille millia, & insuper sexcenta millia siclorum. Præterea in hoc opere habuit centum quinquaginta millia Gabaoitarum, five Nathinorum, & triginta millia Hebræorum, quibus verisimile est, eum tantundem dedisse, cum pares fuerint in labore. Unde in universon omnibus computatis, dedit centies, & trigentes centena millia auroreum, & insuper sexcenta millia, hoc est tredecim miliones, & sexcenta millia auroreum.

Solidus olim fuit sexta uncia pars, indeque sexcenta dicebatur : hinc 72. solidi faciebant libram : hæc enim duodecim uncias continet.

Denarius erat nummus argenteus unius drachmæ : 4. ergo denarii aequales erant pondere & pretio, uni siclos, five quatuor regalia Hispanica quinque stufserorum : hic enim totidem, scilicet quatuor drachmas ponderant. Denarius ergo valebat quasi quinque stufseros modernos. Dicitur est denarius, quod decem asses, id est, minimos nummos conduceret. As erat quasi medius stufserus modernus : dupondium erant duo asses.

Quarta pars denarii vocabatur Sestertius, quasi semitercius : erat ergo sestertius, stufserus pifcus, qui modo valet stufserum cum quadrante. Mille ergo sestertii erant mille stufseri pifci, qui olim valebant florenos Brabanticos 50. jam valent flor. Brab. 62. imò amplius, in dies enim mutantur, & augentur pretia nummorum, non sine Reip. damno, & perturbatione.

Sestertium in neutro, & in plurali Sestertia singula vale-

bant mille sestertios. Continebant enim singula sestertia in sexdecim libras, & semissem : singula autem libra continebant drachmas, vel denarios centum, id est, sestertios quadringentos. Duæ itaque libræ, & dimidia valebant mille sestertios, idque uno nomine sestertium dicebant. Decem ergo sestertia valebant decem millia nummorum sestertiorum, qui valebant 400. flor. Brabanticos pifcos. Quod si hunc numerum per adverbium extuleris, ad hunc modum, decies sestertium, jam reddideris hanc summam centuplo majorem : idem enim est dicere, decies sestertium, quod decies centena millia sestertiorum, quæ valent quinquaginta millia flor. Brab. pifcorum, sic centies sestertium, sunt centies centena, five decies millena millia sestertiorum, quæ valent quingenta millena flor. five ducenta millia Philippicorum. Vide Budæum de esse.

Monomachia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Quod Bellum est inter multos, id Monomachia inter duos, vel plures duobus, certis ut plurimum conditionibus definita, & circumscripta. Quæ ipsa secundum causas simul, & Accidencia considerari poterit. Excelant agrum qui possunt, atque volunt. Nobis ipsa tropica dicitur in iudicio. Ex loco Fortitudinis propulantis Monomachia exempli petatur.

Saxo Grammar. lib. hist. Dan. 2. scribit, veterum duellorum institutum hoc fuisse, ut prius quam adversarii decernerent, confisteretur, utri prius & quoties utriusque ferendis potestas fieret. Non enim, inquit, antiquis in edendis agonibus crebra ictuum vicissitudines petebantur : sed erat cum intervallo temporis etiam ferendi distincta successio : rarique sed atrocibus plagis certamina gerebantur, ut gloria potius percussorum magnitudini, quam numero deferretur.

Apud Narfinguenfes Indos, qui alium ad singulare certamen vocat, à Rege campum, in quo cum adversario congregari illi tuto liceat, exposcit. Si de illius virtute opinio habebatur, Rex illum spectat, ac distincte exprime nequit. Quo fit, ut interdum partes corporis confusa, & indifferetæ, atque adnumia obcedunt inutiles prodeant : nonnumquam etiam deterioris speciei formam induant : quo pacto homines arietini capitis effigie aliquando enati dicuntur, referente Aristot. 1. 4. de gener. animal. cap. 3. Natura enim, cum perfectam expositionem assequi non potest, inferiori gradu contenta subsistit. Nonnumquam etiam ob defectum formatricis, membra non suo loco ponuntur. Quomodo jecur, latere sinistro, licet dextro contineri visus est. Aliquando Hermaphroditæ, seu Androgyni nascuntur, si nimirum formatrix facultas : paribus ad utrumque sexum effundendum viribus, in materiam incubat, de quibus Aristot. cap. 9. lib. proximi citati. Quod portentum non solum hominibus, sed & quadrupedum generi accidit, ut narrat Plinius lib. 11. c. 49. est id Neronis principatu primum evenisse arbitretur.

Observat autem Magnus Albertus, monstriferas figuras rarius apparere in partibus cordi, & jecori vicinis, eò quod virtus membrorum delineatrix vegetior ibi sit, circa remotiora vero segnius operetur.

* Monstrum.

* DEFINITIO. EJUS SPECIES.

Monstrum, Græcè νῆπις, & monstrum, monstrum dicitur. Hebr. Mophr, Deuter. 13. 2. à verbo baphabb, splendens, illuxit : vel à Patbabb, persuasit, quod monstra, & portenta homines, quibus futura mala portendunt, ad meliorem mentem revocent, vel à nomine Sepbat. Differunt autem sic, monstrum, prodigium, portentum, ostentum : Quod Monstra proprie sunt, quæ contra naturam sunt, ut si homo cum bruti capite, pedibus nascatur. Hæc & promonstra aliquando dicuntur, quasi portò aliquid monstrantia, five monentia. Portenta, quæ licet naturalia sint, rarò tamen se ostendant, & futurum aliquid cum temporis intervallo denunciant. Ostenta vero, quæ statim futurum aliquid indicant, ut sunt sereno die facta tonitrua, comete, multæ partus, & similia. Prodigia, quod licet naturaliter, & frequenter eveniant, tamen semper aliquid præfigere videntur, ut sunt bubonis ejulatus, occurfus mustelæ, leporis, & similia.

Dicitur monstrum, quod notabile à natura deformitatem habet extraneam toti speciei, & ob id monstrari dignum : reperitur autem duntaxat in rebus animatis : quorum semen mollius est, quam plantarum, & plura ad ejus terminationem cinguntur, quam feminis plantæ, estque generationis difficilioris : ut verò monstrum dicatur, debet esse contra dispositionem membrorum, & structuræ, quam qualibet animalium speciei sibi

sibi vindicat, sic ut notabiliter ab ea defleat, aut insigni errore natura degeneret.

Quod contingit, five degeneret, aut erret ex parte : ut si puer capite brutino : bestia capite, vel membris humanis, immò una illius species capite alterius, v. g. ovis capite bubulo nascatur, quorum exempla Aristoteles refert. Lib. 4. de generat. animal. cap. 3. ut etiam Arimafpi, qui unum oculum in fronte gerunt, & qui sine cervicibus oculos habent in humeris : & qui caninis capitibus pro voce latratur edunt : de quibus Plinius lib. 7. naturalis hist. cap. 4.

Sive deeret ex toto, cum videlicet foetus in alterius animantis effigiem, & formam profus declinat, ut si bos agnum pariat, quod paulo ante Hierosolymæ eversum prodigium locò accidisse, scribit Nicephor. hist. Eccles. lib. 3. cap. 4. & Joseph. lib. 7. de bello Judaico cap. 12.

MODI, ET CAUSÆ VARIÆ MONSTRORUM.

Prima. VIRTUS FORMATRIX.

Porro autem quot modis contingant monstra, & quæ eorum causæ sint, explicat præter alios Aristot. lib. 4. de gener. animalium cap. 4. & 8. Galenus de bist. Philosophica cap. 113. Magnus Albert. hoc in lib. tract. 3. cap. 3.

Sciendum est igitur, cum animal unum ab alio gignitur, quinque potissimum, quod ad rem præsentem attinet, in generatione concurrere. Primum est, virtus formatrix femini inherens, quæ more opificis totum corpus membratim delineat, & effingit : secundum, est Materia ipsa, ex qua foetus coalescit : tertium, Foetus receptaculum : quartum, primario qualitatium, quæ sensu percipiuntur, calor, inquam, frigiditas, siccitas, humoris, complexio : & quarum temperatura animantium salus, integritasque dependet : quintum, id quod extrinsecus rem attingit, ut regionis salubritas, vel inclementia, syderum influxus, aliaque hujusmodi.

His ita positis, solet imprimis monstrum accidere, ob formatricis, seu seminarie virtutis rudicatem, & hebetudinem, quæ dum fingendo insitit foetui, totum opificium exactè elaborare, & articulatum, ac distinctè exprime nequit. Quo fit, ut interdum partes corporis confusa, & indifferetæ, atque adnumia obcedunt inutiles prodeant : nonnumquam etiam deterioris speciei formam induant : quo pacto homines arietini capitis effigie aliquando enati dicuntur, referente Aristot. 1. 4. de gener. animal. cap. 3. Natura enim, cum perfectam expositionem assequi non potest, inferiori gradu contenta subsistit. Nonnumquam etiam ob defectum formatricis, membra non suo loco ponuntur. Quomodo jecur, latere sinistro, licet dextro contineri visus est. Aliquando Hermaphroditæ, seu Androgyni nascuntur, si nimirum formatrix facultas : paribus ad utrumque sexum effundendum viribus, in materiam incubat, de quibus Aristot. cap. 9. lib. proximi citati. Quod portentum non solum hominibus, sed & quadrupedum generi accidit, ut narrat Plinius lib. 11. c. 49. est id Neronis principatu primum evenisse arbitretur.

Observat autem Magnus Albertus, monstriferas figuras rarius apparere in partibus cordi, & jecori vicinis, eò quod virtus membrorum delineatrix vegetior ibi sit, circa remotiora vero segnius operetur.

II. MATERIE DEFECTUS, AUT VITIUM.

Deinde vitio materis trifariam obveniunt monstra. Primum ob multiplicem, & promiscuam feminum diversæ speciei confusionem, ubi etiam variz virtutes formatricis se invicem obturbant. Eoque modo externis lineamentis femino-hominis, & semibestiz aliquando nati sunt. Unde in matrisque monstrifera invenitur, ut ait Plinius lib. 9. historiar. natur. c. 2. videlicet perplexæ, & in semet alter, atque aliter, nunc statu, nunc fluctu convolutis feminibus, atque principiis, si que novi aliquid semper pariente natura.

Idem in Africa evenit, aggregantibus se feris ad paucos annes inopia aquarum.

Secundo, propter materis penuriam producantur homines membris defecti, ut monoculi : unipedes quaternis tantum digitis, & interdum nani, coactæque brevitatatis homunculi qualem affirmat Nicephor. 12. Ecclesiast. Hist. cap. 37. fuisse in Ægypto quendam, qui ad perdicis duntaxat magnitudinem crevit.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Item ob exuperantiam materis evadunt interdum homines ad gigantiam vastitatem. Talis ille erat, cujus se molarem Edentem vidisse narrat D. Augustinus c. 9. 15. de Civitate Dei. Qui, inquit, dens si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere possuille.

III. RECEPTACULI FOETUS VITIUM.

Tertio ex parte receptaculi quo foetus continetur, datur monstruoso partui occasio : cum verbi gratia, una materia, quæ ab altera loci diversitate abjungi, & ad geminum foetum conformari cæperat, postea ob angustias, aliudve loci incommodum, majori, five minori ex parte confunditur. Atque hoc modo fortuntur inter foetus plura membra, quam nature cursus postulat. Sic restat D. Augustinus cap. 8. 1. 16. proxime citati operis natum sua memoria fuisse quendam, superioribus membris duplicem, inferioribus simplicem : id est, cui erant duo capita, duo pectora, quatuor manus, venter umus, & pedes duo, sicut uni homini.

IV. PRIMÆ QUALITATES DISCORDES.

Quarto primarum qualitatum asymmetria interdum nature obliquitates inducit, quatenus in causa est, ut facultates munia sua incongruè admittant, sicque cordis calor intempèstivè, atque ultra modum æstivans, & terrestrium partium quasi sumum excrementitium elevans, infantibus in utero barbam effundit : quod ætate nostra in Lusitania accidisse constat. Alii quoque deficiente calore, & abundante humiditate, in putredine canescunt. Quorum meminit Plin. lib. 7. cap. 2.

V. REGIONIS QUALITAS.

Quinto, ingerit monstruosas & deformes species, regionis circumfulgæ aeris affectio, & constitutio : unicuique enim patria quasi parens est, non minimam sibi in educendo, & efformando foetu partem vindicans, cum ei suas etiam qualitates imperciat, nunc quidem propitias, nunc adversarias, & deformitatis effeclrices. Unde in Ægypto, ob regionis naturam, frequentius quam apud nos, monstruosi homines oriuntur. Idem asserendum est de celestium corporum influxu, syderumque afflatu, qui sicut animalium generationi plurimum observit, ita & partus multiformiter afficit, ac vitiat. Quo spectat illud Ptolemæi in centiloquio. Terrestris virtus vultibus celestibus subiungitur. Quia verò interdum ea dominantur quæ sidera, quæ hominum generationi maxime favent, contingit aliquando (si credimus Magnæ Alberto in suis mineralibus, & Janduno in lib. 2. Physic. quæst. 4.) ut brutæ animalibus per id tempus genitæ, immò & lapides, qui tunc concreverunt, hominis effigiem ex parte imitentur, videlicet calæ aspectu humane figuræ expressionem, quantum potest affeclant.

VI. IMAGINATIO.

Superioribus monstri causis addenda est etiam vis imaginandi parentum, quæ nonnumquam facultatem formatricem à scopo suo aberrare facit, & absurdas, ac peregrinas formas quas concepit, foetui imprimit. Sic narrat Avicenna c. 5. de animalibus lib. 2. gallinam, quæ dum ovis incubaret milvi aspectu perterrita fuit, pullos exclusisse milvino capite. Estque celebre exemplum in divinis litteris Gen. 30. quæ ratione Jacob provenerunt foetus gregum maculosi. Legit Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem c. 14. Fernelium 7. Physiol. c. 12. Levium lib. 4. de occultis nat. mirac. c. 7. & c. 19. lib. 1. Et videtur Locus de Imaginat.

Nec verò quis putet, omnes nos monstrorum causas recensuisse : non enim omnes, sed præcipuas, & frequentiores collegimus.

Est autem multò plures, ex eo conjectari licet, quod monstra peccata sunt, seu vitia à natura lege defleclentia : infinitis autem modis à recto aberrare contingit.

Ubi illud etiam advertendum est, nonnumquam in unum, idemque monstrum multas causas, ex iis, quas retulimus, pariter convenire. Potest enim v. g. homo duplicatis membris generari, & propter abundantiam materis, & ob pervertitatem matricis, quæ natura gemellos parante, tunicas foetus obvolventes distrahit, & dirupit.

EXEMPLA HISTORICA.

Gorgones natæ ex iisdem parentibus, quibus Medusa, quam Perseus interfecit, Phorcæ, & ceto marino. Harum quædam quia canæ natæ, Græcè vocatæ (de quibus Hesiod. in Theogonia) aliàs à patre Phorcides, habitant in Scythia, unumque oculum, & unum dentem communem habuerunt, quo uterentur, ubi domo exirent : quod videtur significasse Æschyl. in

Prometheo. Lamias has Latini appellarunt. Scripsit tamen **Duris lib. 8. verum Lycicorum,** Lamiam unam tantum fuisse, forma præstantissima: quam cum Jupiter comprehisset, fecit Juno, ut incinerent, quæ ex ea nascerentur. Illa ob dolorem deformati facta, ob suorum florum desiderium, aliorumque invidiam, in cunis infans vorare solebat: dicta Lamia à gutturis amplitudine. **Pausaniam in Phocicis** Lamia scribit nuplisse Nepruno, & primam omnium mulierum fuisse vaticinatam, Sibyllam dictam ab Aphris **Albeniens.** **Apollodoro lib. 2.** diversis nominibus appellavit, Pemphrado, Eritio, Diano, **Melantes in lib. de Myser.** Iano addidit, quæ numerantur ab **Æschylo,** & **Hesiodo.** His oculum, & dentem communem rapuit Perseus, cum ad cadendam Medusam proficisceretur, ut ait **Simonides in Persæo,** quos tamdiu retinuit, quamdiu illæ Nymphas, quæ alatos calceos habent, indicassent. Porro Græcarum Gorgonum tres foreores esse **Apollodoro l. 2.** capita spiris anguim obfita habentes, dentes aprorum, manus areas, alaque aureas, in extremis Iberiæ partibus ad occidentem ab Hesperidibus haud procul distantes habitant. **Nicephorus lib. 3. Historiar. in Theopompus lib. 17.** Gregoras capita Draconum squammorum, dentesque aprorum habuisse, scribunt, oculum singulas, manus ferreas, alaque quibus volarent. **Zona loco geminæ viperæ inter se connexæ.** Omnes illos in lapides convertebant, à quibus aspicerentur, **Æschylo teste.** Cum Perseus Medusam obruncassent, illum deglutire cupientes, convolarunt. At quia cerni Perseus ob galeam Plutonis non poterat, ab instituto itinere recesserunt. **Natal. Comes Mythologia lib. 7. cap. 12.**

MELÉS SARDIUM Rex ex pellice Leonem sustulit. **Herod. lib. 1.**

Non est ab Dione prætermissum, inter munera Augusto missa ab Indis, fuisse tigres Romæ tunc visas primò, & Adolefcentem sine humeris, qui tamen pedibus manu functione obiret: namque arcum intendebat, sagittas etiam excutens: quin & tubas, inquit, inflabat, **in ois' Ætas, γράφα γὰρ τὴν λέγουσα. Cælius lib. 4. cap. 12. Antiq. lib. 8.**

Arabiar' urbs est Sauna, in ea inventus est Hippocentaurus in monte admodum excelso, qui lethali abundat veneno: cui veneno idem est cum urbe nomen, omnium pestiferorum acutissimum, atque efficacissimum. Hippocentaurum Rex cum cepisset vivum, cum donis ad Cæsarem aliis in Ægyptum misit. Vefcebatur carnibus, sed aeris mutari impatiens, mortuus est. Eum conditum præfectus Ægypti Romam misit: primumque in palatio est monstratus. Facies quàm humana fuit truculentior: manus, & earum digiti pilis incti, latera, ventri, & prioribus pedibus contigua, unguæ equinæ solidæ, juba subfulva, quamquam condimenta eam ferè cutis in morem nigram fecissent: magnitudo non quanta pingitur: non tamen exigua. **Pblegon Trallianus de Mirabilibus, & longævis.**

Imperante Constantio legimus, editum infantem ore gemino, dentibus binis & barba, oculis quatuor, auriculis duabus quidem, sed brevissimis. Qui partus inquit Marcellinus) Rempub. in statum reclinataram deformem, planè portendebat. **Cælius lib. 24. cap. 3. A. L.**

Ante annos aliquos, nostra certè memoria (inquit **D. Aug. lib. 16. de Civ. Dei, c. 8.**) in Oriente duplex Homo natus superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autem unus, & pedes duo, sicut uni homini: & tam diu vixit, ut multos ad eum videndum fama contraheret.

Apud Hipponem natus est homo quasi lunatas habens plantas, & in eis binos tantummodo digitos, similes & manus **Aug. lib. 16. de Civ. Dei, cap. 8.**

Tradit Synesius, Feminam in Africa vidisse quasi fornicam arte infedam, ut spectantibus voluptatem præberet. **Joan. Bodin. Methodi histor. cap. 5.** Quo loco ex obstericum cura, & vestium forma corporis figuram immutari posse ostendit.

Monstrum, medio intimoque in ovo conceptum est, facie quidem humana, sed capillitio colubris undique horrente. Mentum ipsi tribus aliis colubris vibratis velut barba germinabat. Conspectum primum est Augustodini in adibus Bancheronis caudicis, dum ancilla ova multa frangeret butyro incoquenda. Ovi illius albumen feli exhibitum repentinam mortem intulit. Id demum monstrum in manus Baronis Senecii cum venisset, ad Carolum IX. Regem Metis agentem perlatum est. **Pareus lib. 24. Chirurgia.**

Imperantibus Constantino Leonis Philofophi Imp. F. & Romano Lacapeno, ex Armenia allatum est monstrum Constantinopolim, Pueri masculi concreti, uterini, iique, ut infelix

omnino, ut sunt egedi, redierunt sub Constantino: & cum alter mortuus esset, peritioris medici cadaver à vivo refecerunt, parum tamen diu alter supervixit. **Cædrenus.**

Natus est Martini IV. Pontificati, ex illustri femina, Puer villosus, & in speciem urfi unguiculis armatus. Quo monstrifico patre permorsus maritus, omnes urforum imagines, quæ forte in sua domo fuerunt, jussit deleri: manifesto argumento receptæ ab eo perfusionis, quales in conceptu hauriantur species, tales in partu sæpius representant. **Sabell. lib. 7. Enig.**

Apud Subalpinos in Quiero decem à Taurino milliari-bus posito oppidulo anno Domini 1578. die 17. Januar. ad octavam horam vespertinam, honesta matrona factum peperit, cornua quinque sibi ad versa, & arctidis familia capite gerentem. Cui præterea à summa fronte ad occiput in dorsum ferè totum, prælongum carunc frustum pendebat, capiti muliebris instar habens. Circum collum verò alia caro duplex adolvebatur, tanquam colere subulicula. Extrema utriusque manus digitorum uncos rapacium avium referebant, genua tanquam in poplitibus. Crus dextrum, pefque iteu dexter rubeo colore præfulgebant, reliquum corpus bætico erat colore. Magno cum clamore in lucem prodisse dicitur, quo sic contentatæ obsterices, & reliquæ mulieres clinicæ fuerunt, ut è vestigio in fugam fe ab adibus puerperæ dederint. De eo monstro cum Subalpinorum princeps rescivisset, jussit id ad fe adduci, nec dii potest, quam varia fuerint tum alicorum de ipso judicia. **Pareus lib. 24. de Monstris.**

Anno 1578. sub Mauricio Imp. in Thracia peperit quædam Puerum sine manibus, & pedibus, cauda piscina usque ad coxendices. **Zonar. Tom. 3.**

Etiã Canis natus sex habens pedes, & caput lioninum. **Idem.**

Fasciculus tem. scribit, tum etiam ortum Puerum quadrupedem alterum, & alterum duos vertices habentem. Que omnia portentofum Mahometis adventum præsignificãt, quidam tum temporis autumnarunt.

Circa ann. 1233. enixa quædam puerpera Puerum gemino capite, quorum unum caninum, & alterum humanum. Idque in Albania. **Arnaldus Sorbinus lib. de Monstris.**

Anno 1389. natum ferunt Puerum, uno capite, & 4. brachiis, & pedibus. Alium item sub ann. 1595. pedibus, & auribus leporinis. **Idem ibid.**

Quid verò de monstro Romæ in anne Tyberino circa idem tempus invento dixerim? Erat corpore humano, squammoso, capite affinno, venter habebat fæminæ mammas ornatum, pedum alter aquilinus, alter bovinos ungues exprimebat. **Lycosthen. de prodigiis.**

Quin & Ravennæ ann. 1512. monstrum apparuit, habens cornu in capite, brachia nulla, sed alas geminas earum loco, pedem unum avis rapacis, in pectore v, & signum Crucis, & culum in genu. **Idem.**

Paulo ante defectionem Lutheri, Vitulus cucullatus prodit, idque uno à Friburgo lapide, in pago ditionis Celenfis, de quo monstro Lutherus sententiam dedit. **Idem.**

Anno 1543. natum est monstrum terreterrimum in Belgio, planè demonem referens. Et anno 1570. Lutetiæ Paris. Geminii orti sunt genitalibus hærentes, capita opposita, pedes & brachia habentes. **Sorbin. supra.**

Scripsit novissimè de monstris **Georgius Sebenzius,** in 4. cum figur. ubi varia, & verè monstrari digna recenset.

Mons. Montes.

QUID SINT, EORUMQUE ORTUS.

Montes sunt tumores quidam univèrsi, ab eminendo ita appellati. Græcis Mons **ὄρος,** & Hebræis Harà verbo Harach, quod mulierem gravidam significat, ut cujus uterus instat montis in tumefcit.

An autem terra ab initio cum montibus fuerit creata, inter Philosophos disceptatur. Accedendum ex ista verim sententia **Damaiceni lib. 2. ad Orebo. c. 9. & 10.** quæ tradit terram, ut aquis circumfusam, ita & perfectè globosam fuisse productam, at tertia die creationis rerum omnium, à Deo productis montes, quando Deus aquas in locum congregavit, & cavernis terræ inclufit: tunc enim molem terræ in altum sustulit, & eminentium juga locorum erexit.

* GENERATIO MULTIPLEX.

Mons. Montes.

A Montes quosdam à principio productos, conforme est Scripturæ divinæ **Gen. cap. 1.** in opere dicit terra.

Constat nihilominus temporis progressu multos denovo Montes genitos fuisse, plerofque in plantarum quos: quod imprimis vi, & impetu aquarum accidere consuevit. Aquæ enim non infrequenter ad magnam altitudinem hinc inde terram excavant, clivos, prærupas emittunt, montesque generant. Vel hæc eadem, aut ex parte, aut penitus dissipant, & demoluntur, pro situ loci, & materie durioris, seu mollioris natura, aliique temporum, & regionum opportunitatibus. Obfervatum est etiam, nonnunquam terræ motibus novos montes affurgere, veteres collabi, & decidere. Nam spiritus terræ lateribus velut carcere inclufus, dum terram concutit, nunc ingentes moles erigit, nunc erectas infano hiatus absorbet, & devorat. Interdum quoque effrenata ventorum violentia arenam undique sublatam unum in locum congerit, & ingentes cumulos, montesque efficit.

* COMMODITATES MONTIUM. Quodque ante Diluvium existerit.

Montes multum conferunt non solum ad gratiam aspectus, & decorem, ac pulchritudinem: sed etiam ad regionum salubritatem, ad cohibendum ventorum impetum, ad accendens maris, fluviorumque incursus, ad terram quæ è terra nascuntur, fertilitatem & copiam: ferè enim aquarum rivuli, fontes, amnesque è montibus oriuntur. Item quia quedam arbores amant colles, alie camporum plantis: quedam perflata ventis juga, alie undique rectas valles. Quare satis fuisse, à primis mundi originibus terræ fecunditati consultum, si tantum montibus creasset.

Addit etiam **Plin. lib. 36. nat. histor. cap. 1.** Montes factos à natura, ad compages telluris visceribus defendandas, & minime quætas partes coerceda durissima sui materia.

Denique quod tempore diluvij jam montes erant, probati potest testimoniis sacre pagine, quæ **cap. 7. Gen. narrat,** aquas diluvij quindecim cubitos supra altiorem montes elatas fuisse: **cap. 8.** arcam vigesima-septima die mensis quievit super montes Armeniæ, & prima die mensis decimi apparuisse montium cacumina. Quare non ferè deurenter diluvij aquis primò geniti montes, sed jam ante extabant.

Montes alii sunt in partibus Aquilonaribus, quia quanto sunt frigidiores in superficie, tanto magis recludunt in se vapores calidos diu in terra ventre congregatos, qui frequenter erumpunt in montes altos. **Alb. Magn. de nat. loc. dist. c. 1.**

Montium nulla vicinitas diversas dat proprietates locis esse fitu, & altitudine ipsi sunt ante locum versus Aquilonem, locum naturatum. Ait si sunt ante locum versus Aquilonem, locus est calidus: quia refectuntur radii, & vina fortia generantur. Si ad Meridiem, & versus Aquilonem, locus est frigidus vehementer, tum ex nivibus, tum etiam, quia detectus est locus vento Aquilonari. Si ad Orientem, & habitatio ad Occidentem, erit frigida, & humida. Si ex parte Occidentis sunt montes, & locus ad Occidentem, locus frigidus, & humidus erit. Locus juxta montes nivofos, & frigidus, & inter montes conclusus, est omnimodè malus. **Alb. Mag. de nat. loc. dist. cap. 13.**

* MONTIUM CELEBRIORUM S. SCRIPTURÆ.

PRÆROGATIVÆ, SITUS, QUALITAS. APPELLATIO.

Plerifque S. Scripturæ locis quorundam montium celebris est memoria, de quibus præfenti loco pauca in medium profere visum funt.

* **MONTES ARMENIÆ, sive TAURUS.** Montium Armeniæ meminit **Moyfes Gen. 8.** quando petarulo diluvio dicit in iis quievit Arcam Noeticam, eosque primùm decreveritibus aquis fuisse arefactos. Armenia enim omnium orbis partium altissima est, ut colligitur **Geometræ.**

Montem autem illum, super quo Arca requievit, vocat **Berosus apud Joseph. lib. 1. Antiq. Montem Cordyerum:** in quo ait, suo tempore adhuc omniam partem Arcæ, ex qua bitumen abradebatur in remedium morborum.

Apud eundem **Josephum Nicolæus Damasenus** cum montem vocat **Barin. S. Ambrosius** appellat montem Quadrati. **Moyfes** Ararath hebraicè dicit. Et: voluit intellexisse cum **L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.**

Araxen fluvium, qui magnâ aquarum mole effusus est monte Tauro, & per campos Armeniæ spatiosus in mare Hyrcanum E aquas exonerat.

Communis est sententia, montes hos fuisse partem montis Tauri, in cujus planitie refederit arca, habent enim montes plerique verticem planum, non ita in acumen ascendentes, sic ut faciliè Arca super eum quiescere poterit. Ceterè Armeni in monumentis suis hanc arçæ mansionem, & ea que egressione Noe celebrant, & locum: ubi hæc contigit, Apobatherson, hoc est, Egrefortium lingua sua vocant. Atque exhibet **Stephanus lib. de urbibus** Tharfum Cliticæ nobilem urbem dictam arbitratur à **septimo,** id est, arfacio, quod in argumentum exactata ibi primum terra effect condita Tharfus.

* MONS MORIAH, qui & SION.

ABRAHAM jussus à Deo immolare filium suum unigenitum, tale accepit præceptum. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offers eum in holocaustum, super unum montium, quem monstraverit tibi: utitur autem Scriptura nomine **mons quod est Moria,** hoc enim nomen postmodum Abraham imposuit, vocans eum Dominus videt. **vers. 14. cap. 22. Genes.** quod significat Moria: est namque Moria idem quod visio.

Ratio hujus nominis sumitur à variis rebus, quæ in hoc monte evenerunt, & eventuræ erant. Siquidem Abraham immolavit in eo filium, viditque Deus obedientiam illius, & per Angelum quoque fe illi videndum præbuit. Deinde exitu denuo erat in eo templum, in quo Deus visurus erat vota supplicancium. At de eo exiret **Lex Evangelica,** quia idem Mons postea Sion appellatus est, eratque in Hierusalem.

Tradunt Hebræi, in eo ipso monte **Abel,** & **Cain** sacrificasse: & post Diluvium, Noe sacrificium obulisse Deo in odorem suavitatis, atque in eo ipso multa post sæcula conditum esse Salomonico templum. Equidem de templo Salomonico assentior Hebræis, cum apertis verbis id templum sit in **2. Paralipom. cap. 3.**

Confiderandum est **Lectori,** quod in **1. serm. de immolatione Isaac** scriptum reliquit his verbis **S. Augustinus:** Audite illud Sacramentum, fratres charissimi. Hieronymus presbyter G scripsit fe ab antiquis, & senioribus Judæis certissime cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est. Etiam hoc antiquorum ratione refertur, quod & Adam primus homo, in eo loco, ubi Crux Christi fixa est, fuerit sepultus: & ideo Calvariæ locum dictum esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. **Sic Augustinus.**

Verum Mons Calvariæ extra urbem Hierusalem erat, & diversus à monte Moriah, super quo templum ædificatum est, sed quia propinqui erant, & fortasse totius ejusdem montis partes, pro uho monte, & loco accipi possunt. At enim Abel sacrificasse in eo monte, mihi quidem valde dubium est, nec fit verisimile, quin magis est credibile Adam è Paradiso ejectum, aut semper, aut longissimo tempore, non præcul ab eo loco habitasse: tum propter amorem, & venerationem loci Paradisi: tum quod propinqua ei Regio, particeps ejus esset tam fertilitatis, & amœnitatis, quam salubritatis.

Cæterum mons Moriah post conditum in eo templum, constructamque urbem, erat Orientali urbis muro propè H adjacens, excelsus, præruptus & undique præceps: cui primam claritatem, & nobilitatem dedit historia hæc **Abrahæ** ibi filium immolatur, sed ejus postea loco Arietem cornibus inter veptes hærentem offerentis: cujus rei imago in pictura expressa tempore **Greg. Nyss.** percellebris fuit. De hac enim imagine in **Orat. patetica** de pictura ejus rei sic ille ait: Vidi sæpius descriptionis ejus rei imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cum tam efficaciter, & ad vivum ob oculos historiam ejus rei ponere. Memorantur hæc in secunda Nicæna Synodo **Ad. 4. Can. 2.**

Hunc montem Moriah, vel partem ejus, David ab Orna Jebusæo sexcentis siclis aureis emit: & extructo in arca ejus montis altari, holocaustum Deo obulit, quod ignis de celo descendens consumpsit.

Romani, Tito Imperatore, capta urbe, incensoque templo, altiorem partem ejus montis demoliti sunt, easque cum ruinis templi in torrentem Cedron deiecerunt, remanente eo monte, multo quam ante erat depreffiore: qua de re **Berosus** ad hunc modum scribit: Mons Moriah, super quem **Pp 3** Domini